**unionem gracie. Tamen nihil horum nisi corpus habetur ex virtute sacramenti. Oportet autem propter effectum sacramentalem ut sagwis ibi habeatur ex virtute ad nutriendum [ *Alb* nutrimentum] pertinente** | (3,2,5, 299a) Et ideo oportuit ut ibi esset | *G 220va*| confeccio ex elemento potus sicut fuit ex elemento cibi quia aliter sacramentum in virtute et racione sacramentali esset imperfectum quia non [*Alb* et non] significaret perfectum alimentum quia nullum alimentum hominis perficitur sine potu. ( 6, 2, 3, 399b). Ecclesia enim in sacramento non intendit habere Christum quia multis aliis modis habetur per graciam inhabitantem et bona merita, sed intendit habere Christum ut cibum et perfectum sacramentum: ut perfectum autem nutrimentum non habetur in solo sacramento panius n sed in sacramento paanis et vini, unde licet corpore iam consecrato in eo non desit sagwis , et hoc sit de conplemento naturali corporis , tamen non habetur hoc ex virtute sacramenti nisi post consecracionem calicis; panis enim nonnisi in corpus transsubstanciatur et non in sagwine; sed sagwis est in corpore propter corporis viventis perfeccionem naturalem |*Cl 185v*| et anima ut causa vite naturalis in corpore et deitas est propter gracie unionis connexionem , tamen in omnibus hiis non habetur ex vi sacramenti nisi corpus, ideo non superfluit vinum [*Alb* et ideo de necessitate sacramenti et non superflue ponitur materia quae est vinum] (3, 2, 5, 299b) Tunc videtur adhuc [*Alb om* adhuc] quod duo elementa corporalia ex quibus due sumuntur significaciones ad duos effectus spirituales efficiant non unum (*G 220vb)* sed duo sacramenta et sic sunt duo et non unum [Alb duo et non unum sunt] sacramenta altaris. Et hoc eciam videtur dicere Beatus Gregorius in quadam Collecta ubin sic dicit: ‘Perficiant in nobis , quesumus Domine,, tua sacramenta quod continent ut quod nunc secie gerimus rerum veritate capiamusi. Ad hoc autem dicimus quod pro certo illa obieccio procederet si et elementa visibilia in sacraamento , et significaaciones que ab ipsis sumuntur et effectus spirituales quos significant ad unum et idem non referrentur. Notum autem [*Alb* Jam autem habitum est in antecedentibus] quod naturalis cibus hominis non perficitur calido sicco nisi referatur ad frigidum humidum, quia sine illo nec subtiliatur nec per vias ad membra fluit ut nutriatur nec continuatur nisi humido, nec membris adheret nisi per humidum. Similiter autem et pous naturalis non refertur per se, sed ad cibum a quo accipit terminibilitatem, cum per se humiduum sit interminabile. Et ideo utrumque simul in sacramento unum significant perfectum et completum spirituale nutrimentum, sicut et Christus dicit Ioh. VI ( *Io* 6,56) ‘Caro mea vere est cibus ert sagwis meus vere est potus’. (6, 2, 3, 399a) Et sic nec [*Alb* Dicendum quod non] sequitur quod due instituciones faciunt duo sacramenta, nisi |*G 221ra*| due instituciones esssent de duabus materiis diversis, et duabus formis divisis et duabus garciis in sacramentis substancialiter effectis divisis que hic non sunt, quia due materie panis et vini indicant unum perfectum nutrimentum, quod in perfeccione nutriendi altera illarum materiarum indicare non sufficit. Forma eciam ad formam rfertur ad perfeccionem unius sacramenti . Una eciam est gracia in utroque effectu |*J 198v*| et ideo duo esse non possunt. ( 3, 2, 5, 299b-300a) Et quod dicit beatus Gregorius ‘Perficiant in nobis tua sacramenta, etc.’, attendendum est quod non dicit duo sacramenata ut pluralem numerum significet per diccionem numeralem, sed dicit sacramenta pluralitatem quandam consignificando, et in hoc notat quod est unum sacramentum simpliciter habens quandam in elementis pluralitatem que tamen pluritas ad idem significandum est relata. ( 1, 2, 6, 199a) Unde dicit [*Alb om* dicit] Psalmus (*Ps* 24,8) ‘Dulcis et rectus Dominus […]’ , etc.[ *Alb om* etc.]; dulcis enim fuit hic [*Alb* hoc] pro nobis cogitans [*Alb* excogitans]. Rectus autem preparacionem ad hoc suscipiendum a nobis expostulans , quia qui manducat et bibit ibdigne , iudicium sibi manducat et bibit. Et hec lex

dulcedinis et rectitudinis nobis in via pro viatico data est ne in delictis remaneamus: (*G 221 rb*) et ideo bene [*Alb* ideo lege hac] iustificata et mellea dulcedine affecta dicit Sponsa, Canticorum V ( *Cn 5,1*) ‘ Come|*Cl 186r*|di favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo’, quia et dulcedine divina delectata fuit et dulcedinem in humanitate in sacramento invenit, et vino preciosissimo sagwinis fuit inebriata. (1, 5, 1, 209b-210a) Confert eciam [*Alb* Super hanc communionis plenitudinem in omni gratia confert] graciam expiacionis ob omnibus peccatorum piaculis; non enum unquam expiatur quod sagwis Christi non expiaverit et emendaverit. [...] Unde Apoc. VI (*Ap* 7, 14) dicitur de omnibus expiatis ‘Laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sagwine Agni’, quia quidquid in conversacione operis vel observancia cordis vel affectibus et sensibus anime vel cogitacionibus spiritus invenitur, non expiatur nisi aspersione sagwinis Christi [*Alb* sanguinis Christi aspersione] dicente Apostolo [*Alb* ad] Heb. IX ( *Eb 9,22*) ‘Sine sagwinis effusione non fit mundacio’. Hoc est eciam [ *Alb* eciam est] quod [*Alb* significatur] Exo. XIX *( Ex 24, 6-8*) [ *Alb* quod signatur ad Hebr. IX, 20] ubi omnia precipiuntur mandari in sagwine dicente Aaron: ‘Hic sagwis Testamenti quod mandavit ad vos Deus’. Testamenti enim sagwis , sagwis est expiaciobnis in quo omnia mundantur .dicente Apostolo [*Alb* ad] Heb. VIII *( Eb 9,14*) ‘Sagwis Christi emundavit [*Alb Vulg* emundabit] conscienciam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum |*G 221va*| Deo viventi.’. (3,2,2, 289ab) Bonam[22] autem spem nobis tribuit cuncta inpetrandi et cuncta vincendi.[...] Hoc est quod dicitur Primi Machab.[*Cl* Mal] VI (*1 Mc 6,34*): ‘ Ostenderunt helephantibus sagwinem uve et mori ut acuerent eos ad [*Vulg.Clem.* elephantis...ad acuendo eos in] prelium’. Ex natura enim habet hoc animal quod audax et bone spei efficitur quando aliquid simile videtur sagwini quia elephas propter castitatem et fortitudinem virium sanctum significat qui acuitur sagwine Christi in prelium, qui de uva Christi et moro qui Christum significat propter similitudinem peccati quam ex nobis accepit exprimitur. Ille enim sagwis valde nos facit audaces (1,2,6, 200b) quia animam in mortem pro nobis positam in sacramento, pignus redempcionis, et sagwuinem in sacrificium expiaccionis, et corpus in conmunicaccionis vinculum, et deitatem in saporis optimi dulcoramentum ; multum enim nos sibi strinxit in amplexum caritatis quando taliter nos sibi sociavit. (1,2, 200a) Dicit enim Iohannes VI (*Io* 6, 57) ‘Qui manducat carnem meam [*Vulg* meam carnem] et bibit sagwinem meum [*G* meum sagwinem], in me manet et ego in eo’, In me, inquiens, manet, extra se transpositus, et ego in ipso maneo transpositus et extra meipsum. (1,3, 2, 203ab) Hoc significatum est |*J 199r*| Dan. 1 (*Dn* 1, 3 et 4) ubi summus rex [...] precepit [...] ut introducerent de filiis Israel ‘pueros in quibus nulla esset macula, etc.’ [...] ‘et constituit eis rex annonam per singulos dies [*Alb* de cibis suis] et |*G 221vb*| de vino unde bibebat [*Alb* ipse]’ […] Sic rex constituit annonam Eukaristie per singulos dies accipiendam et de vino regalis sagwinis sui. Unde ipse rex per omnia membra sua bibit et infunditur, et eadem sagina corporis unde rex viveret, et eadem vindemia sagwinis qua membra eius infunduntur nutriantur |*Cl 186v*| et rigantur [*Alb* regerentur] ad beatitudinem. (3, 4, 2, 324a) Job XXXIX (*Jb* 39,30) **‘**Pulli eius lambunt [ *J* lambuntur, *Alb Vulg* lambent] sagwinem [...]’; pulli enim aquile (*Alb* aquilarum) sunt fideles, parvuli in humilitate et [*Alb om.* et] simplices quia illiterati. Et hii modo fide lambunt Christi sagwinem , certam spem habentes quod per sacramenti sumpcionem ad eternorum donorum perveniunt [*Alb* pervenient] felicitatem. (2, 1,-, 217b) Magna enim dona in hoc convivio, cunctis corpus in cibum, sagwinem in potum, animam in precium, deitatem in condimentum

[22] “Bonam spem…valde nos facit audaces”, *Apologia* 100-101, G 169vb.

exhibendo. (3, 2, 1, 281b) Unde[23] Leviticus xi (*Lv* 11,4) dicitur quod animal quod non ruminat inmundum erit. Hinc est quod de duobus[24] que sunt in hoc sacranmento, materia cibi et potus, dicitur Osee VII (*Os*.76,14) 'Super triticum et vinum ruminabunt'. **Hec enim duo ab omnium fidelium ore ruminanda frequentata memoria sunt in hoc sacramento**, quia hoc est maximun fidelium bonum, Zacharias IX (*Zc* 9,17) 'Quid enim bonum eius est, et quid pulcrum eius |*G 222ra*| nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines ?' hoc est , virgineas mentes. (3, 2,4, 295b) **Ad usum eciam istius gracie refertur quod vinum in sacramento ponitur [*Alb* ponatur] seorsum et panis seorsum absque panis intinccione in vinum. Dominus enim Iohannes XIII *(Io* 13,26) notavit panis intinccione proditorem [*ms.* notavit panis intincione ] dicens 'Ille est cui ego intinctum panem porrexero'. Et ibi dicit Glosa quod inticcio significat ficcionem [*Alb* inticcio significat infeccionem] […] Per que [*Alb* omnia] demonstratur quod intinccione panis nichil boni demonstratur.** Cum ergo *omnis Christi accio nostra sit instruccio* instruimur ex hoc quod nulli datur panis intinctus nec (*Alb* neque) in vino neque in sagwine sed corpus totum datur siccum in specie panis et sagwis purus datur in specie vini. (3,2,5, 296b) Quod autem dicitur de facto Ecclesie in Parasceve dicendum quod Ecclesie conswetudo non est illo die corpus Domini vel sagwinem conficere, sed pocius reservatum corpus in pixide confectum in die Cene , Ecclesia in Parasceve in calicem in quo est vinum inmittit, et sic sacerdos sumit de calice , se dnulli porrigit sumendum [*Alb* sumendum porrigit]. Et in [*Alb om* in] hoc significatur quod Corpus Christi illo die intinctum est [*Alb* Corpus Domini tinctum est illo die in] sagwine ipsius , et sic oblatum pro nobis. […] Ideo ***Ecclesia*** illo die non conficit nec porrigit corpus vel |G *222rb*| sagwinem ad sumpcionem alicui [*Alb* ideo nec onficit nec porrigit illo die corpus…alicuius]. […] (3, 2, 5, 297b) Sic ergo corpus dominicum in forma panis per se et sagwis dominicus in specie vini per se in [*Alb om.* in] usu ipsius gracie sunt sumenda; esset enin periculum distillacionis in terram [*Alb* et propter vitandam occasionem distillacionis ad terram] si corpus dominicum intinctum in sagwinem fidelibus porrigeretur. Similiter autem si intingeretur in vinum non consecratum, cum illud vinum cum reverencia dignum efficeretur ex panis intinccione [Alb consecratum, tamen id vinum omni reverencia dignum efficeretur ex ipsa intinctione] et non esset cautum illud [*Alb* id] porrigere, quia vix vel nunquam |*J 199v*| caveri posset quin aliquid a minibus porrigentis distillaret [*Alb* stillaret] et manibus adhereret. (3, 2, 5, 296b-297a) Tamen [*Alb* Respondendum est quod] nullus est qui recipit [*Alb* accipit] corpus quin ipsum spiritualiter debeat accipere sed intinctus non [*Alb* ei non] porrigitur sed unusquisque in me|*Cl 187r*|moriam dominici sagwinis debet accipere, et sic per seipsum cum Domino intingit , quando passionibus Domini conmunicat sed porrectus intinctus nulli datur propter causam que dicta est. (3, 2, 5, 296b) Ad id autem [ *Alb* Ad illud] quod dicitur quod Apostoli cum Christo intinxerunt ( (3, 2, 5, 297ab) sciendum quod sicut dicit glo. Io. XIII (*Io* 13,26) quando Dominus Iude proditori [ *G J Alb om.* proditori] panem intinctum porrexit [*Alb* porrexerit] et [*recte Alb* non] tunc corpus suum Iude dedit sed ante Iude cum aliis distribuerat conmuniter; eciam cum [*Alb* Similiter eciam] Apostoli cum Domino in paropside, [ *ms:* parapside] intingebant, non tunc corpus dominicum de cathino accipiebant |*G 222va*| quod ante de manibus Domini acceperunt [*Alb* suis acceperant] sed pocius azima que tunc intincta ab

[23] "Unde Leviticus…virgineas castas et fide integra mentes", *Premissa positione*, Hardt III 486.
[24] « de duobus...bonum », *Salvator noster*, 128-130, partim, *De communione paevulorum*, 152-154.

omnibus accipiebatur [Alb accipiebantur], accipiebant ut ritum Phase servarent in memoriam illius conspersionisquam tulit populus [*Alb* populus tulit] secum cum exiret de Egipto quod pocius significabat nove gracie conspersionem quam preparandi sumus ad conmunionem corporis dominici quam significaret sagwinem [*Alb* quam significat sagwis] Exo. XII (*Ex 12, 34*): Tulit ergo populum consparsam farinam antequam fermentaretur'. Prima Corinthiorum VI (1 *Cor* 5,8) : 'Epulemur non in fermento veteri neque in fermento malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis et veritatis'. (3, 2, 4, 295b-296) Et si dicitur: tamen Ruth [*Alb* Etenim Ruth] II (*Rt* 2,14), dicitur a [*ms.* de] Booz ad Ruth que significat Ecclesiam: 'Intinge buccellam tuam [*Cl om.* tuam] cum puellis meis [*Vulg Clem om.* cum puellis meis] in aceto', et sic videtur quod buccella panis in aceto vini acetosi sit intingenda ab Ecclesia [*Cl om.* ab Ecclesia] […] dicendum quod in veritate Booz qui 'firmitas' interpretatur ibi Christum significat qui Ecclesiam facto suo mistice confirmat et Ruth significat Ecclesiam; sed acetum non est signum sagwinis Domini […] sed acetum ibi significat acerbitatem passionis Christi inter [*Alb* in cuius] acerbitatis memoriam debet sumi a fidelibus corpus Christi, M$^t$ XXVI (*recte Alb Lc* 22,19) 'Hoc facite in meam |*G 222vb*| conmemoracionem, 1 Cor XII (*1 Cor 11,26*): Quociescumque sumitis [*Alb* manducabitis] panem hunc et calicem Domini [*Alb* om Domini] bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat'. Significat eciam acetum acetosam aversionem sinagoge que viunea Domini fuit e sitim suam aceto pro vino potavit. Et ideo dicitur M$^t$ XXVII (*Mt 27, 34*): quod 'dum [*Alb* cum] gustasset noluit bibere' , hoc est acetosos noluit sibi incorporare. Fideles autem sumentes sagwinem Christi ad hoc sumunt ut Christo incorporentur; (3, 2, 5, 303b-304a) sagwis enim ex roseo et purpureo suo colore quem habet [*Alb* operatio sanguinis quam ex…suo habet colore est quod] tingit omne id super quod funditur et omne tinctum ab ipso rubricatur et securatur ab Angelo percussore. Et ideo sanctum vocatur ab antiquis legibus sagwine tinctum quia tinctura sagwinis conformaytur. Et ideo Filli Israel utrumque postem et et superliminaria domarum suorum sagwine agni tinxerunt ut Angekus perdcussor non posset ingredi , Exodi 12 (*Ex 12,13*) 'Erit [*Alb* autem] sagwis vobis |*Cl 187v*| in signum in edibus in quibus eritis [*ms* exitis, *J em interl* eritis], et videbo sagwinem et transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens.' Edes enim in quibus habitamus |*J 200r*| sunt virtutum et operacionum [*J* operaciones *em interl* operacionum] conversaciones [Alb operum conservationes] , |*G 223ra*| hostia autem sunt sensuum apprehensiones et sensibilium ad nos ingressus; uterque postis est racio deliberativa, in parte una, et libera ad senciendum [*Alb* consentiendum], vel dissenciendum voluntas in parte altera [*Alb* alia]. Et superliminare est porcio racionis superior que contemplandis superioribus inherere deberet ad regendam totam domum et custodiendum in quibus si sagwis [*Alb* agni] tinctus fuerirt per conmunionem saancti calicis et consideracionem Christi passiobnis, percussor et enquam Angelus appropinquare non audebit. Et plaga disperdens non erit in omnibus edibus nostris. (3,3,1, 313b-314a) [*Alb*: Et quod queritur qualiter sive] Et si dicitur qualiter tamen sive secundum quem modum totus Christus sub formis sacramenatlibus contineatur, dico cum Innocencio Papa III quod Christus secundum tria que sunt in ipso tribus modis refertur ad ea in quibus est. Est enim deitas in ipso [*Alb* in Christo] secundum quam ipse est verus Deus et sic est ubique in omni loco non localiter in loco localiter [*Alb om* in loco localiter], sed est in omni loco essencialiter, presencialiter, potencialiter. Essencialiter quidem est sicut omnis essencie que locus est et omnis essencie que in loco est, principium et fons continue manans a quo si continue non |*G 223rb*| manaret ex tunc [*ms.*: manarent essencie] omnia in nichilum reciderent, sicut de nihilo facta sunt.

Presencialiter autem quia noticie sue cincta sunt presencia. Potencialiter autem quia potencia sua contenta et mota et movencia sunt, sicut dicit Gregorius, quod est intra omnia [*Alb* intra omnia est non] inclusus sed includens, et extra omnia non exclusus, sed nulli per esse et essenciam [*Alb* et essendi modum] inmixtus; et super omnia non extra latus sed per eminenciam excedens omnia; et infra omnia est non [*Alb* non est] depressus, sed continencia omnia penetrans in infinitum. Habet eciam Christus humanam in se naturam per quam verus est homo secundum animam et corpus, et sic est in loco localiter circumscriptus cui principium, medium et finis in loco assignantur. Et sic aliquando fuit in terris [*Alb* in terra] et ante resurrecionem et post resurrecionem et nunc est in celo taliter secundam figuram humani corporis in loco circumscriptus ita quod omnia membra eius habent ordinem posicionis in loco tali, et quod unum suorum membrorum non est in loco eodem cum alio sed pocius sicut membra sua ordinam posicionis habent in toto, ita ordinem habent in loco tocius corporis. Assumpsit Christus propter nos eciam |*G 223va*| formam cibi et potus [*Alb* cibi et panis] […] Et sic [*Alb* Christus] in veritate presencie sue deitatis et in veritate presencie sue humanitatis totus est in sacramentalibus formis ut vere cibus et vere potus. Et est in formis illis sicut in signo [*Alb* tantum] significante eum ut cibum et continentem [*Alb* continente], non sicut in signo significante eum [*Alb* eum signo tantum] […] sed pocius sicut in signo quod utrumque significat [*Alb om* significat] facit], quod scilicet significat eum et continet". (3, 3, 1, 313ab) Et si dicitur [*Alb* obicitur quod] Christus secundum veritatem et quantitatem sue stature non potest |*Cl 188r*| esse in loco breviori vel stricciori quam ipse est: et cum forma panis sit [*Cl* sic] valde parva et ipse ***est*** in XXX annorum proceritate videtur quod in tam parwo loco contineri non potest, (3,3,1 316ab) |*J 200v*| dicendum [*Alb* Dicimus] quod hoc est de exigencia sacramenti quia aliter perfectum non esset [*Alb* sicut ante dictum est]. Isti in sacramento attribuuntur manencia corporis divini et cibi, et ideo quecumque faciunt ad hoc debent sibi attribui et non alia. Corporis autem divini est esse in pluribus et [*Alb om* est esse in pluribus] esse in pluribus locis simul quia esse [*Alb* quia est] in celo et in terra et in quolibet altari, et hoc non convenit corpori simpliciter accepto nisi divino. Corpus eciam divini est intrare clausis signaculis et [*Alb om* et] |*G 223vb*| exire sine fractura et compressione sui, et sine fractura corporis per quod transit et sine compressione. Et sic istius corporis divini ut cibi est esse sine sui contracione in toto et in qualibet parte. Has enim potestates exercet deitas in humanitate ad sue glorie et maiestatis demonstracionem, quia, sicut dicit Damascenus, Quamvis natura divina et humana in Christo suis caracteristicis ydeomatibus [*Alb* idiomatibus], hoc est in distinctivis proprietatibus sint distincte ita quod una est eterna, impassibulis, inmortalis, et huiusmodi [*Alb* habens], alia autem temporalis, passibilis et mortalis, tamen in operacionibus , sicut idem dicit Damascenus, se invicem circumincidunt [*Alb* circumcidunt]'. Sicut ad tactum humanitatis mundatur leprosus operacione deitatis intendentis [*Alb* incedentis] in operacionem humanitatis, et sic fere in omnibus signis videtur. Ita eciam in continencia formarum in sacramento qu [*Alb* quae] Christum continet incedit Divinitas preservans a contraccione et diminuccione et figure humane aliqua inmutaccione. (3,2,4, 390ab) Unde quod corpus Christi predicatur essencialiter de corpore |*G 224ra*| Christi [*Alb om* Christi] quod est in dextera Dei Patris hoc fecit natura universalis et particularis in Christo **; sed quod corpus Christi predicatur de hoc sacramento [*Alb* de hoc demonstrato] sub forma panis hoc facit transsubstanciacio que fit per forme sacramenti sanctificacionem.** Et si obicitur quod id quod sub sacramenti speciebus est, idem est omnino secundum rem cum eo quod est in dextera Dei Patris, et quod traxit de Virgine, et sic si

transsubstanciacio facit unum, tunc et facit alterum quia unius et eiusdem est causa. Dicendum quod hoc […] quia quamvis sit idem penitus non tamen eadem habent attributa secundum quod istud demonstratur sub forma panis et illud in lineamentis et figura propria, quia illi [*Alb* isti] convenit quod sit vere cibus. Hoc autem in lineamentisnet figura hominis demonstratum, ut dicit augustinus, horrendum esset sumere in cibum [*Alb* accipere cibum]. Et ideo aliam habent causam secundum quod in lineamentisn et figura hominis demonstratum est. […] Et sic [Alb Quod] quamvis ex vi sacramenti sub forma panis non sit nisi corpus dominicum, tamen propter uniones naturales |*J 201r*| corporis dominici cum hiis que secundum naturam |*G 224rb* | et graciam sunt in corpore. Multa sunt ibi alia: | *Cl 188v* | propter unionem enim corporis et anime est ibi anima. Et quia anima movet corpus per spiritum , est in corporre illo spiritus et animalis et vitalis et naturalis, et propter inplecionem vasorum [*Alb* valorum] nutrimentalium est ibi sagwis, et propter unionis gracia est ibi deitas, et sic est corpus Christi vivificatum et divinum, vivificans vita divina et vita garcie. Nec de hoc Christus[25] reprehendit Iudeos carnaliter intelligentes quod corpus spiritu vivifico plenum et divinum intelligerent sed pocius reprehendit eos quod [*Alb* quia] tale suum corpus [*Alb* esse] intelligere volebant et [*Alb* nolebant sed] tantum intelligebant quod caro sua esset dentibus laceranda et non esset vivifica nec divina et dentibus non laceranda [*J add marg* laceranda] sed sumenda et tamen integra et sana mansura. Et hoc est quod dixit (*Io. 6, 69*) ‘ Verba que [Alb ego) locutus sum vobis spiritus et vita sunt’. (3, 2,5, 300b) Spiritus est qui in hiis verbis ad vitam beatam vivificat, caro autem sola si dentibus discrepatur [*J em interl*, *Alb* discerpatur, ] sicut vos carnalibus cogitacionibus pleni intelligentes [*Alb* intelligitis], (*Io* 6,64) ‘non prodest quidquam’(3, 2,5, 301a) quia Filius Hominis sic de celo descendit |*G 224va*| ut omnes sibi incorporatos et per sagwinem suum [*Alb om.* suum] sibi influxos secum ascendere faceret in dexteram Patris ut ipsi ibi in eternum divinitate sua perfruantur.

[**De motu locali Corporis Christi**] (4, 2, 1, 376ab-377ab-378a) Non est autem hoc [*Alb* hic] pretereundum quod cum dicimus ‘corpus Christi nunc incipit esse hic sub formis scilicet sacramentalibus in altari et non fuit hic ante hic [*Alb* ante hoc],’ non intelligimus [*Alb* intelligitur] quod corpus Christi locali motu descendat de celo et incipiat hic esse, quinymo dum incipit esse [*Alb* hic] in altari remanet in celo in dextera Dei et tamen incipit esse hic. Talia enim quod Corpus Christi sine omni motu et nutacione sua sit simul hic et alibi, et incipiat ese hic et alibi , habet Corpus Christi in quantum est divinum, et non in quantum est Corpus : et quia Deitas est ubique, sequens in aliquo proprietatem Deitatis corpus divinum accipit posse esse in pluribus locis simu : alias autem corpus esset in uno loco tantum. Unde sicut Deus per hoc dicitur hic vel alibi quia apparet hic vel alibi sine motu et mutacione que fiat in ipso, ita Corpus Christi incipit esse hic vel ibi, quia |*G 224vb*| visibiliter sub specie sacramenti apparet hic vel alibi [*G J* ibi] sine omni motu et mutacione que fiat in ipso. Et similiter est dicendum qundo post sumpcionem sacramenti desinit esse in altari et est in celo, quod motu locali non reascendit in celum a quo descendendo antre non disxesserat : sed tunc non est hic, quia hic visibiliter non apparet. Hec est fides katholica |*J 201v*| in locucionibus istis et ideo hec verba a nobis dicta caute et fideliter sunt tenenda. Et propter tales huius materie difficultates dixit Spiritus Sanctus Exo. XII,10 (*Ex 12,10*) : ‘Si quid residuum fuerit igne comburetis’. Quia multa manent |*Cl 189r*| in secretis Dei

---

[25] “Christus reprehendit…spiritus et vita sunt”, *Contra Gallum*, 188, *Apologia*,142-143, G 181rb-va (partim), *Sermo-.Dessau*, f. 26r ; *Replica*, f. 2r.

residua que humanus non potest penetrare intellectus et hec igni Spiritus Sancti et igni devoccionis sine magna discussione sunt committenda. Advertendum enim est quod dicitur Amos II (*Am 2,4*) ' Super tribus sceleribus Moab et super quatuor non convertam eum eo quod incenderit ossa Regis Idumeeusque ad cinerem'. Moab enim ex 'patre' interpretatur et significat eos qui quoad perfidiam sunt ex patre dyabulo qui omnia philozophicis [*J* propheticis *cassatum Alb* phisicis] |*G 225ra* | racionibus volunt discutere, qui tria et quatuor scelera conmittunt- Tria quidem quorum primum est : quia inmensum ad inopiam physicorum corporum mensurare volunt. Secundum autem quia capacitatem sui intellectus ultra inmensitatem Dei extendunt, cum hoc sit impossibile. Tercium autem quod secreta maiestatis Dei temere perscrutantur. Et hec tria sunt cordis eorum scelera. Quatuor autem sunt. Primum, quia cum invisibilia Dei perfecte in vestigio et imagine non demostrentur , isti arguunn ad ea que sine exemplo sunt , sicut exemplum in naturalibus inveniunt. Secundum autem quodea que per ablacionem et eminenciam exponere deberent, ipsi per posicionem exponant ut inferiora de divinis affirmentur. Tercium autem scelus est quia Deo propria sua non relinquunt, cum tamen omni regi sua propria relinquantur. Quartum vero est quod et maximum est : quia fidem que supra intellectum et racionem est , ipsi sub racione supprimere intrendunt. De primo horum scelerum dicitur Isa. XL (*Is 40, 18*) 'Cui similem fecisti Deum ? aut quam imaginem ponetis ei ?' In omnibus phisicis penitus |*G 225rb*| nichil invenitur simile. De secundo dicitur II ad Corinth. X, 4 et 5 (*2 Cor 10, 4-5*) : 'arma milicie nostre non carnalia sunt, sed potencia Dei ad destruccionem muniucionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scienciam Dei , et in captivitatem redigentes omnem intelelctum in obsequium Christi, etc. de tercio dicitur proverb. XXV, 27 ((Prov 25, 27) : 'Sicut qui mel multum comedit non est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis opprimitur a gloria'.

De quarto autem dicitur Job XI (*Jb 11, 7-9*) : 'Forsitan vestigia Dei comprehendes et usque ad perfectum Omnipotentem reperies ? excelsior celo est , et quid facies ? profundior inferno et unde cognosces ? longior terra |*J 202r*| mensura eius et lacior mari' ; et ideo nichil in creaturis superioribus nihil invenitur, vel mediis , vel infimis quod sufficienter opus Dei manifestet. De quinto dicitur Isa. XL (*Is 40,17*) 'Omnes Gentes quasi non sint, sint sunt coram eo, et quasi nihilum et inane reputate [Alb sunt ei]', nihil enim omnium que facta sunt Deus est [*Alb* est Deus] et ab omnibus eminenter elevatur, sicut dicitur Ecclesiastici XLIII (*Ecli* 43, 29-30).' In omnibus glorificantes |*G 225va*| Deum, ad quid valebimus [*Vulg* Ipse est in omnibus. Gloriantes ad quid valebimus?] Ipse enim Omnipotens [*Cl* est] super omnia opera sua'; unde Dionisius in Libro de divinis nominibus [*J om.* nominibus *spatium vacuum*]: 'In ipso oportet affirmari [*Alb* affirmare] omnes posiciones et omnes potencias regnare [*Alb* potentias negare] tamquam de eo |*Cl 189v*| qui existit super omnia [*Alb* super omnia existit]'. Et Ecccli. XLIII (*Eccli 43, 31*) 'Terribilis [*Alb* Dominus] et magnus vehementer et mirabilis potencia ipius'. Et ideo sicut ipse in nullo genere entis est, sed excellit omnia , ita accio ipsius et opus in nullo genere est accionis vel operacionis [*Alb* in nullo est actionis et operationis genere], sed omnia excellit, et ideo eciam mutacionesque sunt supernaturales in sacramento non sunt mutaciones que sunt in genere sed sunt super omnem mutacionem. De sexto scelere dicitur Isaie XXIIII (*Is 24,16*) : 'Secretum meum mihi, secretum meum mihi', nullus enim in sinu secreti Dei fuit qui propria deitatis scrutatus sit [*Alb* sit scrutatus] nisi Filius Dei, sicut dicitur Io. 1 (*Io 1, 18*) : 'Deum nemo vidit unquam ; Unigenitus Filius Dei qui est in sinu Patyris , ipse enarravit'. De septimo autem scelere quod fidem sub intellectu et racione ponere nituntur; dicit Gregorius quod

‘fides[26] non habet |*G 225 vb*| meritum ubi [*Alb* cui] humana racio prebet experimentum’. Et de talibus dicit Dominus, Iohannis III (Io 3, 12) : ‘Si terrena dixi vobis et non creditis, quomodo si dixero vobis celestia creditis ?’ quia eciam in terrenis multa operatur Deus que non capimus per racionem et multo minus capere possumus illa [*Alb* ista] celestia supernaturalia et supermundana que ipse supercelesti et divina sua potencia et sapiencia operatur , Sapiencia IX (Sap 9 , 16-17 : ‘Difficle estimamuns que in terra sunt et que in conspectu [*Alb Vulg* prospectu] sunt invenimus cum labore : que in celis autem [*Alb Vulg* autem in celis] sunt quis investigabit ? Sensum autem [*Alb Vulg* tuum] quis sciet nisi tu dederis sapienciam et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis ?’ Hiis ergo erroribus occupati sunt qui nimis investigant misteria Deitati sola [*Alb* sola] nota. Rex enim Ydumee Christus est qui sicut dicit [*Alb* est sicut dicitur] Isa. XLIII (*Is 63, 1*) : Quis iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra ?’ De quo eciam dicit Psalmus [*Alb* Psalmista] (*Ps* 59,10) ‘In Ydumeam extendam calciamentum [*Alb Vulg* calceamentum] meum’, quia in carne et sagwuine calciata venit ad nos |*G 226ra*| Divinitas. Huius regis ossa, hoc est, forciora misteria incendit in cineres qui calore proprii ingenii succensus [Alb usque] ad minima wlt investigare, et ille in omnibus |*J 202v*| hiis [*Alb* et ideo omnibus illis] que dicta sunt tribus et quatuor sceleribus involvitur. Roma. XII (*Rm* 12,3) ‘Dico […] omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quod oportet sapere sed sapere ad sobrietatem’; humana enim sapiencia incerta est quia sicut dicitur Abacuk [*Alb* Abdias] (*Ab* 8): ‘Perdam sapienciam de Ydumea et prudentes de monte Ezau [*Alb Vulg* Perdam sapientes…prudentiam de monte Esau]’. Et ideo dicitur 1 Corinth. II (*1 Cor 1,17*) : ‘Non in sapiencia verbi ut non evacuetur crux Christi’ . (3,2,5, 301) Sed quia nutrimentum de quo supra diximus [*Alb* Illud autem nutrimentum quod, sicut diximus,] ex cibo spirituali et potu spirituali [*G* spirituali *om.*] componitur, ad interiorem hominem nutriendum refertur. […] ideo (*Eph 4,24*) ‘induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis’. Et quia sicut dicit Philosophus ‘Ex eisdem generamur et nutrimur’, oportet quod idem |*Cl 190r*| interior homo nutrimento gracie nutriatur. Hoc est edulium quod eucaristia , hoc est bona gracia vocatur ».

« Quotquot[27] ergo de cleri servitute vel voto populi ex hac altaris participacione sacrosanctum Filii corpus et sagwinem sumpserimus [*Cl* sunserimus], omni celesti benediccione et gracia repleamur ». Amen . HEC OMNIA DE |*G 226rb*| VERBO AD VERBUM EX TRACTATU [ Alberti de Eucharistia] UBI SUPRA **BREVITER** SUNT COLLECTA.

*Bernardus* ***in Sermone ad Petrum de Corpore Christi*** *|CL 190r, G 226rb, J 202v |*

[28]« [...] Benignissime[29] Ihesu, nobile satis sponse tue dotalicum indulsisti ut vel sic teneret columba tua dulcissimum memoriale dilecti sui; Christus enim pridie quam pateretur discipulis suis huius sacramenti formam scripsit, efficiaciam explicuit, idem

---

[26] *Puncta*, 55 (…cui humana racio…).

[27] Quotquot…repleamur”, Missale Romanum, Canon missae (post consecrationem).

[28] Cuiusdam Sacerdotis *Sermo de excellentia S. S. Sacramenti et dignitate sacerdotis – Panem angelorum manducavit homo* (Ps LXXVII,25), Sancti Bernardi *Opera omnia* PL 184, 983-984.

[29] “Benignissime…Bibite ex hoc omnes, etc. Hec Bernardus: *Sermo* -Dessau, f. 28v ; *Salvator Noster*, 118 ; *Quia heu in templis*, Praha f. 19v ; *Pius Iesus*, 83 ; *Plures Tractatuli pullulant...Omnibus Christi fidelibus- Contra sciolum Epistula pulchra de communione laicorum*, ms. Warszawa Bibl. Narodowa 3320, f. 23v; *Quod non solum scerdotes*, Praha NK ms. V E 16, f. 117v; *Premissa positione*, Hardt III, 478-480, 812-813 ; *Magna cena*, , 135-136 ; *Replica*, f. 47r . cf. Krmíčková, *Studie a texty k Počátkům Kalicha*, 70-72.

fieri precepit, forme prescripcionem[*Cl* prescripcio] in pane et in vino . Notate ordinem : cum adhuc cenaretur a mensa surrexit, discipulorum pedes Dominus universitatis lavit, dehinc ad mensam regressus ordinavit sacrificium corporis et sagwinis sui, seorsum panem, seorsum tradens et vinum…eratque sagwis ille [*G om.* ille] preciosior cariore balsamo per quem utique sordium nostrorum [ *Cl* nostre] facta est mundacio [...] ».
*Mathias [de Janov] Magister Parisiensis |Cl 190rv, G 226vab, J 202v-203r |* « Non est Scriptura,[30] non est racio [*ed.* racio ad hoc], non est utilitas quod unus pro alio posset sumere sacramentum vel quod sacerdos manducaret pro astantibus[31] corpus Christi [...] quia hoc sacramentum est [*ed.* cum hoc....altaris sit] institutum et datum racione cibi et potus vel in proprietate ipsorum sicut scriptum est : (*Io 6. 56-57*) 'Caro mea vere est cibus et sagwis meus vere est potus ; qui manducat meam carnem et bibit meum sagwinem in me manet et ego in eo [...]' ; [*J 203r]* sicut itaque cibi et potus veri non potest esse ab homine delectacio, confortacio aut vehetacio [*ed. J* vegetacio].aut quevis fruicio nisi homo personaliter manducet cibum et bibat potum et in actu, sic eciam debet censeri de sumpcione altaris sacramenti, [...] igitur multo minus corpus Christi . Idcirco [*G* Ideo, *ed.* Et idcirco] dicit Apostolus : (*1 Cor 11,28*) 'Probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat et [32]de calice illo bibat; quicumque manducat [*ed.* nam quicumque manducaverit panem hunc] indigne [*Vulg* et bibit indigne, ], iudicium sibi manducat et bibit'. Ecce [*J* Eciam] ad seipsum ubique hominem Scriptura remittit, non ad alium, quia quilibet sibi ipsi manducat sive iudicium sive graciam et non alii ».
« (*Io 7,37)* 'Si quis sitit,[33] veniat et bibat' ; (*Is 55,1*) 'Omnes sicientes, |*Cl* 190v| venite ad aquas' », scilicet vos ipsi, « quemadmodum[34][*J* quoad medium] nec sacerdos nec alius potest pro alio sacramentum baptismi |*G* 226vb| suscipere neque [pro alio] confirmacionem [accipere] aut confessionem et absolucionem vel ordinem vel [*ed. om.*, *J* aut] coniugium aut extremam unccionem, ita neque eukaristie sacramentum » ; (*Pro* 9,4) 'Si quis[35] est parvulus, veniat ad me' ; et insipientibus <Sapiencia> locuta est : (*Pro 9,5*) 'Venite et comedite [ *ed. G J om.* et] panem meum et bibite vinum quod miscui vobis '. Alibi [*ed.* et alibi] : (*Mt 22,9*) 'Ite in exitus viarum', etc.
**[Ciprianus.[36]**| *Cl 190v-192v, G 226vb-230va , J 203r-205r*|]
***Ex Epistola Cipriani XXXIII ad Cecilium de sacramentis Dominici Calicis.*** (Quidam Episcopi…revertatrur *Apologia* 84-85, 94, G 166vb-167ra**,** 168rbva, *Sermo Dessau* f 26r, partim *Salvator noster* 118,, *Premissa positione* Hardt 480) Cyprianus[37] Cecilio

---

[30] Mathias de Janov Magister Parisiensis [Matěje z Janova Mistra Pařížského] *Regulae Veteris et Novi Testamenti*, Liber IV De Corpore Christi, art. VII, capitulum tercium , ed. Vl. Kybal-O. Odložilík, Volumen V. Praha 1926, 274 lineae 25-29, 275 lineae 2-6, 8-11, 32, 276 lineae 1-5 ; Mathiae fragmentum quod ponitur in *Collectis* plane supra legis.
[31] ed. : "pro astantibus in missa"; in Apparatus: "in missa: *om.. C* [codex bibl. Familiare Dietrichstein II-196]
[32] "et de calice illo bibat": quae verba Apostoli omittuntur in textu Matthiae de Janov, *Regulae*, 276 linea 2; Iacobellus, *Pius Iesus* 81, praecipue illustrat sensunm utraquisticum Pauli Apostoli expressionis "de calice bibat".
[33] *Regulae*, V, 277 lineae 5-6: id., capitulum quartum.
[34] *Regulae*, V, 273, lineae 22-26: id. , capitulum secundum.
[35] *Regulae*, V, 277 lineae 8-11: id., capitulum quartum.
[36] Sancti Cecilii Cypriani Episcopi Cathaginensis et martyris *Opera* ad fidem editionis Benedictorum excusa, vol. I-II, Mediolani 1834. I-II [cf. PL 4; CSEL 3]
[37] Ciprianus, *Epistola 63* [PL 4 , 372-388]ad Caecilium de Sacramento Dominici Calicis (contra errorem Aquarianorum qui in Missa utebantur tantum aqua, non vino), *Opera*, I, 169.

fratri salutem. Quamquam sciam, frater carisime, Episcopos plurimos ecclesiis dominicis in toto mundo divina dignacione prepositos ewangelice veritatis ac dominice tradicionis tenere racionem [ *Cl* rectitudinem] nec ab eo quod Christus magister precepit et gessit humana et novella institucione decedere; tamen quoniam quidam <Episcopi> vel ignoranter vel simpliciter in calice dominico santificando et plebi ministrando non hoc faciunt quod Ihesus Christus Dominus et Deus noster sacrificii huius auctor et doctor fecit et docuit, religiosum pariter ac necessarium duxi has [*ms*. de hoc] ad vos literas facere ut si quis adhuc in isto errore tenetur, veritatis luce perspecta, ad radicem atque originem tradicionis dominice revertatur.

***Unde idem Epistula III |** G 227ra|* ***ad Donatum De lapsis inquit*** (partim *Apologia*, 88-89, G 167rb-va): « Non potest[38] ewangelium in parte consistere et in parte mutare: aut utrumque [*J* utroque] oportet <quod> valeat aut utrumque vim veritatis [*Hardt*: necessitatis] amittat; si negantes rei criminis non erunt nec confitentes premium virtutis accipiunt; porro si fides que vincit coronatur, necesse est et victa perfidia puniatur. Ita martires aut nichil possunt si ewangelium solvi potest aut si ewangelium non potest solvi, contra ewangelium facere non possunt qui de ewangelio martires fiunt.

***Unde subiungit in dicta Epistula [33] ad Cecilium***. Querendum [39]est enim ipsi quem sunt secuti. Nam si in sacrificio [*ms*. in Christo] quod Christus obtulit nonnisi Christus sequendus est, utique id nos obedire et facere oportet quod Christus fecit et quod faciendum Christus mandavit....Et quod Christus debeat solus audire Pater eciam de celo contestatur dicens (Mt *17*,5):'Hic est filius meus dilectissimus in quo bene sensi, ipsum audite. Quare si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid |*J203v*| alius ante nos faciendum putaverit sed quid qui ante omnes est Christus prior fecit. Neque enim hominis conswetudinem sequi oporteet sed Dei veritatem |*Cl 191r*| cum per Ysa. Prophetam Dominus loquatur et dicat[40] : ' Sine causa autem colunt me, man|*G 227rb*|data et doctrinas hominum docentes [*ms.* tenentes] '. Et iterum Dominus in ewangelio hoc idem repetat dicens (*Mc 7,9*) 'Reicitis [*Vulg* irritum facitis] mandatum Dei ut tradicionem vestram statuatis'.

Et de hoc[41] quoque ad collegas nostros literas dirigamus ut ibique lex et tradicio dominica servetur…| *G 227va*|...( si sacerdotes…recedeamus. Eadem que Magister docuit...et Apostoli eius annunciacerunt. Sed et in alio loco... Qui solverit... com.mutare. Utique ille sacerdos ...imitatur : *Apologia* 83, 84, 85, 88 *G* 166vab, *Sermo Dessau* 26r, *Pius Iesus* 83) Nam si sacerdotes Dei et Christi sumus, non invenio quem magis sequi quam Christum debeamus [*ms*. debemus] quando in ewangelio maxime dicat *(Io 8,12*) : 'Ego sum lumen seculi ; qui me secutus furerit non ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite'. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi et precepta [ *ms.* mandata]

---

[38] Ciprianus, *Liber de Lapsis* (qui persecutionis tempore minis aut tormentis cessere ; contra Novatianos qui facile reditum in Ecclesiam impudenter postulant), c. 20, *Opera,* II, 35 [PL 4, 200-258].

[39] Ciprianus, *Epistola 63*, *Opera* I, 176-177,

.[40] Ciprianus utitur Biblia *Vetus Latina,* cf. Is 29,13 (secundum Vulgatam Clem.: "Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo et labiis suis glorificat me, cor eisu longe est a me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis"; et in verbo "tenentes" potest inveniri sensum verbi "timuerunt", cum errore codicum); cf. steso versetto in Mc 7,6-7: "Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. In vanum autem me colunt docentes doctrinas et praecepta hominum"; cf. *Sermo Nisi*, *G* 206va

[41] Ciprianus, *Epistola 63*, *Opera*, II, 178, 179 (Nam si sacerdotes), 174 (Ab evangelicis preceptis), 177 (Qui solverit), 177 (Ceterum).

eius observare debemus: quod et ipse alio in loco mittens Apostolos dixit (*Mt* 28,18) :'Data est mihi omnis potestas in celo et in terra . Ite ergo et docete omnes gentes baptisantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos observare omnia quecumque precepi vobis, . Quare si in lumen Christi ambualre volumus , a preceptis et monitis eius non recedamus […] Et quoniam iam secundus eius adventus nobis appropinquat [*J* appropinquatur], magis ac magis benigna eius et larga | *Cl 191v*| dignacio corda nostra luce veritatis illuminat .
Ab ewangelicis autem preceptis omnino non recedendum est et eadem que Magister docuit et fecit discipulos quoque decet observare et facere ...|*J 204r*|. Ergo neque ipse Apostolus neque Angelus de celo annunciare possit aliter preterquam quod Christuss docuit semel et Apostoli eius nunciaverunt .
***Sed et alio in loco ponit et dicit*** : (*Mt 5,19)* 'Qui solverit [*J* solvit] unum ex mandatis istis minimis et sic docuerit [*J* docuit] homines, minimus vocabitur in regno celorum' . Quod si nec minima de mandatis dominicis licet solvere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominice passionis et nostre redempcionis sacramentum pertinencia phas non est infrangere aut in aliud quam quod divinitus institutum sit humana tradicione mutare [*Cl* tradicio emutare]. Nam si Ihesus Christus Dominus et Deus noster ipse ipse summus Sacerdos Dei Patris et et sacrificium Deo Patri seipsum obtulit et homo fieri in suam [*G 228*r].com.memoracionem precepit ; utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur qui id quod Christus fecit imitatur... …..Ceterum omnis religionis et pietatis disciplina subvertitur nisi id quod specialiter precipitur fideliter reservetur.
***Unde idem in Epistula XIII[42] ad Thibaritanos*** (Scire... imitari *Apologia*, 127, G 177ra ; *Sermo Dessau* f 27r, *Salvator noster*, 120-122,; *Premissa posicione*, Hardt 558-9.) Scire enim debetis et pro certo credere ac tenere, pressure diem supra caput esse cepisse et occasum seculi atque antichristi tempora appropinquasse, ut parati omnes ad prelium stemus nec quidquam nisi gloriam vite eterne et coronam confessionis dominice cogitemus nec putemus talia esse que veniunt qualia fuerunt illa que transierunt. Gravior nunc et ferocior pugna imminet ad quam fide incorrupta et virtute robusta parare se debeant milites Christi, considerantes idcirco se cotidie calicem sagwinis Christi bibere ut possint et ipsi propter Christum sangwuinem fundere. Hoc est enim velle cum Christo inveniri, se id quod Christus et docuit et fecit imitari secundum Io. Apostolum dicentem : (I *Io* 2,6) 'Qui dicit se in Christo manere , debet quomodo ille ambulare et ipse ambulare'.
***Et idem Epistula 37 ad Cecilium de lapsis inquit***: (*Sermo Dessau* 27v, Nam quomodo docemus…admittimus *Apologia* 100, G 169vb, *Salvator noster*, 122) At[43] vero nunc, non in|*Cl* 192r|firmis sed fortibus pax necessaria est nec morientibus sed viventibus |*G* 228rb| conmunicacio a nobis danda est ut quos excitamus et hortamus ad prelium non inermes et nudos relinquamus sed proteccione sanguinis Christi et corporis muniamur et cum ad hoc fiat eukaristia ut possit accipientibus esse tutela quos tutos esse contra adversarium volumus nutrimento divine saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confessione sagwinem suum fundere si eis militaturis Christi

---

[42] Ciprianus, *Epistola 56* [58] [PL 4, 349-358] ad Thibaritanos de exhortatione martyrii. *Opera*, I, 145-146.
[43] Ciprianus, *Epistola 54* [57] [PL 4, 348-349]ad Cornelium de pace Lapsis danda, *Opera* I, 123, 124 (At vero nunc), 125 (Obesse autem malis), 125 (Ydoneus esse non potest), 125 (Bonus miles).

sagwinem denegamus aut quomodo ad martirii poculum ydoneos facimus si non eos prius ad bibendum in Ecclesia Domini poculum iure conmunicacionis admittimus?”

***Et sequitur aliquibus interpositis* :** Obesse (Obesse ...coronari. Ydoneus…ad prelium Bonus miles…armare? *Sermo Dessau* 27v) autem mali bonis non |*J 204v*| debent sed magis mali a bonis adiuvari. Nec ideo martirium facturis pax neganda est quia sunt quidam negaturi cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis ne per ignoranciam nostram ille incipiat preteriri qui habet in prelio conari. Nec quisquam dicat : Qui martirium tollit, sanguine suo baptisatur : nec pax illi ab episcopo necessaria est habituro glorie sue pacem et accepturo maiorem de Domini dignacionem mercedem. Primo [*ms*. Ideo] ydoneus ese non potest ad martirium qui ab Ecclesia non [*G 228va*] armatur ad prelium et mens illa deficit quam non recepta eucaristia erigit e accendit …Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit et in latebris atque in solitudine constitutus, in latrones forte incurrerit aut in febribus et in langwore decessit [*ms.* decesserit], nonne nobis imputabitur quod tam [*ms.* cum] bonus miles qui omnia sua dereliquit et contempta domo et parentibus aut liberis sequi Dominum suum maluit, sine pace et sine com.municacione decedit? Nonne nobis vel negligencia segnis vel duricia crudelis ascribetur in die iudicii quod pastores nobis creditas et conmissas oves nec curare in pace nec in acie voluerimus armare?”

***Et*** [ *J om. spatium vacuum*] |*Cl 192v, G 228vb*| ***idem in dicta Epistula XXXIIII*[44] *inquit***: (Quomodo autem possumus...erubescimus bibere ...teneat veritatem *Apologia* 100, *G* 169vab, Sic ergo incipit..erubescimus bibere ; tunc demum potest...teneat veritatem *Sermo Dessau* 27v, *Salvator noster*, 122 ; id quod constat Dominum fecisse...instructi sumus *Apologia* 101, G 170ra,, *Sermo Dessau* 26v-27r, *Salvator noster* 122, *Pius Iesus* 86) […] Nisi si [*ms.* Si enim] in sacrificiis matutinis hoc quis veretur [*ms.* veretur offerre] ne per saporem vini redoleat sagwinem Christi, sic ergo incipit et a passione [*ms.* passionibus] Christi fraternitas in persecuccionibus retardari, dum in oblacionibus discit de sagwine eius et cruore confundi, porro autem Dominus in ewangelio dicit : (*Lc 12,8*) ‘Qui confusus [*ms. Vulg Clem* confessus] me fuerit coram hominibus , confundetur eum Filius [*ms. Vulg Clem* confitebitur]’. Ita Apostolus quoque loquitur dicens: (*Gal 1,10*) ‘Si hominibus placerem Christi servus non essem’. Quomodo autem possumus propter Christum sagwinem fundere qui sanguinm Christi erubescimus bibere? .. |*G 229ra, J 205r*|....Nichil aliud quam ille fecit et nos facere debemus, (*De con Di 2 c.3*) ‘Scriptura enim dicit *(1 Cor 11,36*): ‘Quociescumque[45] calicem in conmemoracionem Domini et passionis eius offerimus’ , id quod constat Dominum fecisse faciamus . Et viderit [*ms.* Sed videamus], Frater carissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc observavit et tenuit quod nos Dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgencia Domini venia concedi; nobis vero non potest ignosci qui nunc a Domino a Domino moniti et instructi sumus ut calicem dominicum vino mixtum sed quod Dominus obtulit offeramus.

Quam vero perversum est quam [*Cl* quamque] contrarium ut cum Deus in nupciis de aqua vinum fecerit nos de vino aquam faciamus. …

---

[44] Ciprianus, *Epistola 63,Opera*, I, 177 (Nisi si), 178 (Nihil aliud quam), 175 (Quam vero perversum), 175 (Et quemadmodum vino).

[45] *Ms. om.*.: [Quociescumque] enim ederitis panem istum et calicem istum bibrtitis, mortem Domini annunciabitis quoadusque veniat. Quociesumque ergo calicem..

Et quemadmodum vino isto quondam mens solvitur et anima relaxatur et tristicia omnis exponitur ita et potu sagwine |*G 229rb*| Domini et poculo salutari exponatur memoria veteris hominis et fiat oblivio conversacionsi pristine secularis et mestum pectus ac triste, quod prius peccatis augentibus premebit indulgencie divine leticia resolvatur: quod tunc demum potest letificare in ecclesia bibentem turbam [*ed. om.*], si quod bibitur dominicam |*Cl 193r*| teneat veritatem?

***Unde idem in dicta Epistula III***[46] ***ubi supra inter cetera dicit***: Secundum Apostolum non potestis calicem Domini bibere et calicem demoniorum……reus erit corporis et sanguinis Domini (Redeat…servare *Apologia* 171, G 169vb, Hardt 605; *Sermo Dessau* 27v, *Salvator noster* 122-124) "Redeat in cor nostrum non ambulasse nos in viis Domini et abiecisse legem Dei, precepta eius et monita salutaria nunquam voluisse servare...|*G 229va*|…et minaris ei qui pro te Domini misericordiam deprecatur, qui wlnus tuum sentit, quod ipse non sentis, <qui> pro te lacrimas fundit quas forsitan ipse non |*J 205v*| fundis, etc..

***Et subdit*** (*Sermo Dessau* f. 28v; Jacobellus, *De com.munione parvulorum*, 144, *Pius Iesus* 85; *italice* : A. Piolanti, *Il Mistero Eucaristico*, 108-109): "Presente ac teste me ipso accipite quid evenerit. Parentes forte fugientes, dum trepidi [*Cl.* trepide] minus consulunt, sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt; relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi [*ms*. Illic] ei aput ydolum quo populus confluebat, quod carnem necdum [*Cl.* nec deum] posset edere per etatem, panem mero mixtum , quod tamen <et ipsum> de ymmolaciuone pereuncium supererat, tradiderunt; recepit <postmodum> filiam mater. Sed facinus puella conmissum tam loqui et indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit nec arcere [*ms.* cavere]. Ignoracione ergo obreptum est ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis precibus nostris et oracionibus impaciens, nunc ploratu concuti, nunc mentis estu <cepit> fluctuhabunda iactari, velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conscienciam facti in simplicibus adhuc annis rudis|*G* 229vb| anima testabatur [rudis non testabatur] . Ubi vero solempnibus adimpletis calicem dyaconus offerre presentibus cepit et accipientibus ceteris eius locus advenit, faciem suam parvula instinctu divine maiestatis, os labiis obdurantibus premere calicemque recusare. Perstitit tamen dyconus et reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc secuitur singultus et vomitus. In corpore atque ore violato eukaristia permanere non potuit |*Cl* 193v| Sanctificatus in Domini sagwine potus de polutis visceribus erupit. Tanta est potestas Domini, tanta maiestas! Secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt. […] Hoc circa infantem que ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit etatem. At vero ea que etate provecta et in annis adulcioribus costituta sacrificantibus <nobis> latenter obrepsit, non cibum sed gladium sibi sumens , et velut quidam venena letalia intra fauces et pectus admittens, angi et anima exestuante [*ms.* estuante] concludi postmodum cepit Et pressuram non iam persecucionis delicti sed sui passa palpitans et tremens concidit . Et cum quedam Archam[47] suam, in qua sanctum Domini fuit, manibus indignis temptasse apperire, inde igne |*G 230ra*| surgente deterrita est ne auderet attingere. Et quidam alius quia et ipse [*ms.* cum alius et ipse] maculatus sacrificio a sacerdote celebrato partem

---

[46] Ciprianus, *Liber de Lapsis*, *Opera,* II, 32-33 (Secundum Apostolum), 36-37 (Redeat), 37-38 (Presente me).

[47] Liberum erat unicuique domum deferre Eucaristiam et in quodam loco dicto Arca custodire ut sibi ipse libere communionem corporis Christi impertiretur. Cum totus Orbis factus est Christianus decentius visum est in loco certo in Eclesia Eucharistiam reponere.

cum ceteris ausus est latenter accipere, sanctum Domiuni edere et contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit. Documento eius ostensum est Dominum recedere non negatur […] Quam multi […] cottidie immundis spiritibus adimplentur, quam multi usque ad insaniam <mentis> excordes dementie furore quaciuntur? Nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis [*J* orbes] multiformes ruinas tam delictorum pena sit [*ms.* est] varia quam delinquncium multitudo numerosa. […]"

Hic quoque orare et gracias agere non desinamus ; insuper 'opto[48] vos , Fratres karissimi in Domino, sempere bene valere et nostri meminisse et ad coronas celestis glorie pervenire". Amen.

[**Hic finem habent *Collecta* quae , iudiciis et rationibus consideratis liquido tribuuntur Domino Nicolao de Drazna, in omnibus Pradicatoris Teutonicorum quibus Auctoritatibus in dicto Sermone usus non est; probabiliter his Auctoritatbus Nicolaus plane usus est in opere *De sanguine Christi sub forma vini* quod amplius non extat ; nonnullis Auctoritatibus que ponuntur in *Collectis* Nicolaus utitur in *Conclusionibus de materia sanguinis* (*Apologia*) sed quasi ex toto *Collecta* ponuntur in *Sermone ad clerum Nisi manducaveritis facto in Žatec* , omnino Matthia de Janov et Augustino exclusis ;** etiam aliis fragmentis ***Cipriani*** [ quae non legis in *Collectis,* ex *Epistolis 53 (57) et 56 (58) et ex Libro De Lapsis* Nicolaus usus est **in *Conclusionibus*** et in *Reprobatione* (*Liber de Lapsis, Apologia* 124, G 175vb; *Reprobatio*Epistolae 53-56, 170-172, G 189rv**).**

**3-*Sermo ad clerum Nisi manducaveritis factus in Žatec a. 1416 (in Catalogo: Sermo de sanguine Christi).***

Stadtbibliothek Dessau Georg 50 ff. 25v-29v [Staatsbibliothek Berlin] [*D*]; Koblenz Landeshaupt Archiv, Best. 701 Nr 198, 201r-204v [*K*]; fragmenta leguntur in *Collectis* ms. IV G 15 e in *Collectis* ms. 2148).

***Sermo ad clerum Nisi manducaveritis factus in Žatec a. 1416*: sermonem etiam edidit suis motu et studio et opera Petra Mutlová in: Petra Mutlová, *Radicals and Heretics. The Dresdem School in Prague* [Doctorate in Philosophy in Central European University, 2011]**

Sermo ad clerum factum per Dominum Nicolaum praedicatorem Theutunicorum [49] in Zacz in anno Domini M$^{o}$CCCCXVI.

---

[48] *Opera,* I, 273: Epistola 81; hic proponitur eadem salutatio quam supra.

[49]*G* 230ra-230va "Nisi manducaveritis carnem Filii Hominis et biberitis…et qua me pati videbitis , nam manducabitis crnem emam et sanguinem meum bibetis sed in sacramento'. Hec ibi [in glossa]". Hanc primam partem *Sermonis ad clerum Nisi amnducaveritis in Žatec* legis in ms. IV G 15 in fine *Collectorum* ante Trasctatulum De sumptione Corprois Christi ff. 230va-232 vb: sequntuur Nicolai Dresdensis Tabulae Veteris et Novi Coloris seu Cortina de Anticristo et Anonimi Consuetudo et ritus primitive eclesie et moderne seu derivative quae opera transcripta anno 1417 Kaminsky edidit scribens de Codice IV G 15: "it is very good and has been taken as the basis of present edition " (p.33); quod etiam fecit Bohumil Ryba pro editione operis Jacobelli *Salvator Noster*.

|**D 25v K 201ra**| (*Io 6,53-58*)[50] “Nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem[51], non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem habet vitam eternam : et ego resuscitabo eum in novissimo [*K* novissima] die. Caro[52] enim mea, vere est cibus: et sanguis meus, vere est potus. Qui manducat meam carnem , et bibit meum sanguinem, in me manet , et ego in illo. [*K* Et sequitur] (*Io 6, 59*) Hec dixit in synagoga docens [*K* dicens] , in Capharnaum » Io VI. Sic celestis studens[53] sanctus Paulus [*K* secundum] quod accepit a Domino tradidit omnibus Corinthiis Prima Cor 11 [*K* Corintiis primum conradus XII[us]] dicens (*1 Cor 11,26-29*) : « Quociescumque manducabitis panem hunc, et calicem Domini bibetis [*K* bibitis], mortem Domini annunciabitis donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hunc et calicem Domini bibetis : mortem Domini annunciabitis donec veniat. Ita [*K* Itaque] quicumque manducaverit panem hunc , vel biberit calicem Domini indigne : reus erit corporis , et sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo : et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui [enim] manducat, et bibat indigne, iudicium sibi manducat, et bibit indigne iudicium sibi manducat, et bibit ». Et dicit Salvator [*K om* Salvator] Iohannes ubi supra : « Verba que ego locutus omnes spiritus et vita sunt. Super quo loco dicit Beatus Augustinus De conse. distinctione II Prima (*De con. Di. 2, c. 44*) [54]: « Spiritualiter intelligite que locutus sum’, scilicet, ‘ non [*K* locutus sum. Nota] hoc corpus quod videtis manducaturi estis et bibituri illum sanguinem quem effusuri sunt illi qui me crucifigent. Vobis sacramentum aliquod conmendavi : |**K 201rb**| spiritualiter intellectum vivificabit vos; caro autem quicquam non prodest », Glosa[55] : « id est [*K* ibidem], carnalis intellectus : carnalem intellectum vocat eorum intelligenciam qui credunt corpus Christi posse / |**D 26r**| dividi, sed spiritus, id est: spiritualis intellectus est qui iustificat et prodest ad salutem, quasi diceret: non in eadem specie vel grossicie et reputacione qua me videtis et qua me pati videbitis, nam manducabitis carnem meam et sanguinem meum bibetis sed in sacramento ». Hec dicit [*K* Hec ibi] et concordat Paulus in Epistula ad Ephe. [*K* Epistola Ephye.] (*Eph 1,7*) et ponitur II [*K* iiii] Di. Dupliciter (De cons. 2, c. 49 )[56], et Albertus Fratris Ordinis Predicatorum, Episcopus quondam Ratisponensis, in *Summa sua De corpore Domini nostri Ihesu Christi* dicit[57] :« Nec de hoc Christus repprehendit Iudeos carnaliter intelligentes quod corpus suum spiritu vivifico plenum et divinum intelligerent, sed pocius reprehendit eos qui taliter corpus

---

[50] *Novum Testamentum Graece et Latine,* curavit E. Nestle, novis curis E. Nestle et K. Aland. Notum est ib Bohemia scriptores Medii Eavi saeculorum XII-XV usos esse Vulgata Parisiensi ; etiam deficit perutilis investigatio quam Codicum familiam Vulgatae Parisiensis Auctores adhibuierint ; de Vulgata Parisiensi et de traditione variarum lectionum cf. *Dizionario Enciclopedico della Bibbia*, ed. Centre Bibl. –Abbaye de Maredsous, Turnhout 1987, ed. it. curavit R. Penna Roma 1990

[51] *K* sangw-.

[52] “Caro mea vere est cibus…et ego in illo”: haec est prima pars Lecturae Evangelii in *Festo Corporis Christi*

[53] Unus Nicolaus appellat Paulum Apostolum *celestem studentem* : cf. *Sermo ad clerum de materia sanguinis Nisi manducaveritis* ms. IV G 15 [G] ff. 205va et 208vb [*Sermo Nisi]*; *Contra Gallum* f. 152va, p.

[54] *Collecta,* G 224rb-va; *Sermo Nisi* G ff. 199rb; et 205rb; cf. partim *Apologia*, 143, G 181rb-va, *Contra Gallum* 18, Replica f. 1v.

[55] *Glossa ad Decretum* De con. Di. 2 c.44 ad vocem *caro autem*; *Sermo Nisi* G 205rb, Apologia

[56] *Sermo Nisi G* ff.198vb et 205ra.

[57] Albertus, *De Eucharistia,* 390 ; *Collecta* G 224rb; *Apologia* 143, G 181rb-va, *Contra Gallum,* 188.

suum [*K* talem suum corpus] intelligere volebant quod caro sua esset dentibus laceranda et non esset vivifica et divina et dentibus non laceranda sed sumenda et integra et sana mansura. Et hoc est quod dixit[58] : 'verba que locutus sum vobis, spiritus et vita sunt'. Spiritus est qui hiis verbis ad vitam beatam [*K* vitam eternam] vivificat. Caro autem sola suis [*K om* suis] dentibus discrepatur sicut vos carnalibus desideriis [*K* carnalibus cogitacionibus] pleni intelligentes non prodest » quamquam invitati sunt omnes fideles ad hoc sacramentum [*K* invitati ad hoc sacramentum omnes fideles]. Et |*K 201va*| quia secundum eundem « invitati[59] ad hoc sacramentum sunt omnes fideles Christo [*K* Christi] in sacramento cum appostolis et discipulis conmunicantes qui omnes aurea bibunt pocula quia omnis corporis [*K* omnes eorum *Alb* corprois eorum] refeccio in splendore divinitatis [*K* deitatis] administratur. Et cibi [*K* Et tibi] refeccionis eorum aliis et aliis vasis gracie [*K* gracia] inferuntur quia in corpore cibus, in [*K* cibus et] sanguine potus in anima pinguis [*K* pigwis redempcio] in spiritu vita in deitate omnis [*K* omnes] gracie gustus [K iustus] infertur Deo ». Sanctus [*K* infertur. Ideo Beatus] Ciprianus martir in Epistula 34 [*K* XXIIII] ad Cecilium de sacramentis dominici calicis dicit[60] : « Quidam episcopi vel ignoranter vel simpliciter in calice dominico sanctificando [*K* sacrificando] et plebi ministrando non hoc faciunt quod Ihesus Christus Dominus et Deus noster sacrificii huius autor et doctor fecit et docuit. Religiosum pariter et necessarium duxi de hoc literas facere ut si quis adhuc in isto errore tenetur, veritatis luce perspecta ad radicem atque originem tradicionis dominice revertatur . Nam si sacerdotes Dei et Christi [*K* Dei Christi] sumus non invenio quem magis sequi quam Christum debeamus. Quare si in lumine Christi ambulare volumus, a preceptis et monitis eius non recedamus et eadem que [*K* eademque] Magister docuit et fecit discipulosque docet [*K* decet] observare et facere. Neque ipse Apostolus discipulus [*K om* discipulus] neque angelus de celo annunctiare possit, potest [*K* annunciare potest] aliter preter quam quod Christus simul semel docuit et discipuli [*K* Christus docuit simul et Apostoli] eius annuctiaverunt ; sed et alio in loco ponit |**K 201vb**| et dicit : (*Mt 5, 19*) 'Qui solverit [*K* solvit] unum ex mandatis istis minimis et sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno celorum', quasi diceret [*K om* quasi diceret]: quod si nec minima de mandatis dominicis licet solvere, quanto magis tam magna quam [*K* tam] grandia tam ad ipsum [*K* ipse] dominice passionis et nostre redemcionis sacramentum pertinencia, phas non est infrangere aut in aliud quam quid divinitus sit institutum [*K* institutum sit] humana tradicione mutare ». Hec ille. Quod[61] sacramentum eukaristie de necessitate salutis |**D 26v**| est cuilibet conmunioni ecclesiastice sub specie pani set vini secundum Albertum [*K* Cum Albertus] ubi supra dicit[62]: "Nec ista sunt egena elementa de quibus dicit Paulus ad Gallatas IIII° sed pocius sunt elementa in quibus effectum Deus instituit salutem nostram quia quamvis talibus eo quod elementis salutem non obligaverit tamen [*K* quamvis talis corporalibus elementis salutem non alligaverit cum *Alb* alligaverit] in illis elementis salus invenitur et perditur vita quando non requiruntur nisi articulus necessitatis et non contemtus religionis elementum sacramentalem [*K*

---

[58] Albertus , *De Eucharistia*, 300; Collecta G 224rb.

[59] Albertus, *De Eucharistia,* 246; *Collecta* G f. 219ra, in principio columnae; Jacobellus, *Salvator Noster,* 128 : "infertur eternorum gaudiorum"

[60] "Quidam Episcopi…tradicione mutare": Ciprianus, *Epistola 63* [*ms.*34] per fragmenta diversimode coniuncta, CSEL 3, Quidam 1-701, Si saerdotes 18-716, Quare si in lumine 10-709, Sed in alio loco 14-713 ; *Collecta G* f.226vb; *Apologia,* 83-84, *G* 166vab; Jacobellus, *Pius Jesus,* 83 *Salvator Noster,* 118 .

[61] *K om* Quod sacramentum eukaristie de necessitate salutis est cuilibet conmunioni ecclesiastice sub specie pani set vini.

[62] Albertus, *De Eucharistia,,* 365-366; *Collecta, G* 217r ; Apologia 147, *G* 182va.

sacramentale] excludat". Obieccio[63]: ubique non nascitur vinum aut triticum; et idem dicit cum obicitur[64] "nec triticum nec vinum conmuniter invenitur quia in terris aquilonaribus glaciali frigiditate constrictis nec triticum nascitur nec [*K* neque] vinum . Et si [*K* Et sic] cum in terris illis diffusa sit ecclesia videtur quod illa pars eo frequens [*K* pars ecclesie frequenter] tanto privatur sacramento quod valde inconveniens esse videtur. Ex quo in eo consistit necessarium remedium contra peccatum dicendum quod triticum et vinum aut [*K* vinum quod] ubique sunt aut de facili et de propinquo ad usum |**K 202ra**| sacramenti adducuntur; si autem alicubi [*K* autem alicui] non inveniunur nec aliunde [*K* nec aliquando] et non[65] contemptus religionis sed articulus necessitatis hoc efficere , quando sufficit spiritualiter manducare edicimus, tamen quisque quod ideo Deus [*K* necessitatis hoc efficeretur dicimus cum Augustino quod Christus ideo] sacramentis suis graciam [*K* suam] non alligavit quod graciam suam sacramentalem ecclesia [sacramentalem eciam] sine sacramentis in habentibus fidem et devocionem ad sacramentum opereretur [*K* operetur] et hec vocatur spiritualis percepcio sacramenti et in hoc casu dicit Augustinus[66] 'Ut quid paras dentem et ventrem ? crede et manducasti', sicut et ille in quo baptismus non ex conceptu [*K* ex contemptu] religionis sed per articulum necessitatis excluditur non amittit fructum baptismi sed baptisatus baptismo flaminis in Spiritu Sancto reputatur" Hec ille.

Et concordat [*K om* Et concordat] Thomas parte iii Summe sue q. LXXX de usu huius sacramenti in [*K om* in] articulo I dicens [67]: "Quod plenius inducit sacramenti effectum [*K* affectum] ipsa sacramenti suscepcio quam solum desiderium" ; et in [*K* et e.q.] articulo XI dicit[68]: "Spiritualis manducacio includit votum sive desiderium percipiendi [*K* concipiendi] hoc sacramentum ; et ideo sine voto percipiendi [K participiendi] hoc sacramentum non potest haberi salus, frustra autem esset votum nisi impleretur [*K* cum] oportunitas adesset". Thomas: "Illud sacramentum[69] est sumendum [*K om* Thomas: "Illud sacramentum est sumendum *K* Et ideo manifestum est quod homo tenetur hoc sacramentum sumere] non solum ex statuto ecclesie sed eciam ex mandato Domini dicentis (*Lc 22,19*): hoc facite in meam conmemoracionem . Et iterum (*Io 6,56*): Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis". |**K 202rb**| Unde Ciprianus in Epistula ut [*K* ubi] supra dicit [*K* inquit][70]: "Sed Frater karissime illud [*K* id] quod constat Dominum fecisse faciamus. Sed quis autem de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc observavit [*K* observabat] et tenuit [*K* autem] quod nos Dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgencia Domini venia concedi, nobis vero non potest ignosci qui nunc a Domino moniti |**D 27r**| et instructi sumus". Hec ille et secundum Albertum ubi

[63] *K om* Obieccio: ubique non nascitur vinum aut triticum.
[64] Albertus, *De Eucharistia,* 367; *Collecta, G* 218va..
[65] "Si autem articulus necessitatis sed non contemtus religionis…in Spiritu Sancto reputatur", *Apologia,* 145, G 182rab (*Hardt* In Spiritu Sancto representatur).
[66] De con. 2 c. 47; *Sermo Nisi, G* f. 201va; Jacobellus *In festo,* (*Puncta,* 189).
[67] *Summa Theol*. III, q. 80, a. 1; *Collecta, G* 214vb.
[68] *Summa Theol*. III, q. 80. a. 11; *Collecta, G* 214vb ; *Apologia,* 146, *G* 182rb; *Salvator noster,* 120
[69] *Summa Theol*. III, q. 80, a. 11; *Collecta G* 214vb-215ra: "Et ideo manifestum est quod homo tenetur hoc sacramentum sumere non solum…vitam in vobis"; *Apologia* 146, *G* 182rb
[70] Ciprianus, *Epistola* 63 [ms.34] CSEL 3, 17-315 ; De con. Di. 2 c. 3 'Frater carissime…instructi sumus' (in canone legis ulteriorem conclusionem).; *Collecta,G* 229ra; *Apologia,* 101, 170 rab, *Pius Jesus,* 86, *Salvator noster,* 122

supra. Unde [*K* Tum] queritur: “quid[71] de terris in quibus nullo modo vinum possit haberi? Videtur quod de hoc consultacio ad Curiam haberi debeat. Tamen propter intollerabilem damnum animarum quod incurritur ex sacramenti defectu respondetur [*K* infectu videtur] cum talibus dispensandum ut corporis [recte corpus *sec Albertum*] Christi sine calice haberent et conficerent sacramentum; tamen [*K om* tamen] quia perditur vita quando non requiritur [*K* requiruntur]”, ut supra secundum eundem. Et concordat Thomas ubi supra questio LXXIII De eucaristia articulo primo inquiens[72]: “Licet non in omnibus terris nascatur triticum et vinum tamen de facili ad omnes terras deferri potest quantum sufficit ad usum huius sacramenti . Et ibi arguit sic: hoc sacramentum competit sanis set infirmis et [*K* sed] vinum nocet quibusdam infirmis, ergo videtur quod omnino <vinum> [*K* quod vinum] non videtur [K deberet] esse materia huius sacramenti; dicit quod vinum in modica quantitate sumptum [*K* vinum modica sumptum quantitate] non potest egrotanti multum nocere [*K* noceri]”; et ideo secundum eundem ubi supra q. LXXVI de modo quo Christus existit in hoc sacramento articulo II[73] “Quamvis totus Christus sit sub utraque specie non tamen |**K 202va**| frustra quia hoc est conveniens usui huic [*recte K* huius] sacramenti ut seorsum exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum et sanguis in potum quia corpus exhibetur pro salute corporis et sanguis pro salute anime.” Et idem ubi supra questio LXXIX de effectibus huius sacramenti articulo II$^o$ [*recte K* VII] dicit quia “sumpcio[74] pertinet ad racionem sacramenti sed oblacio pertinet ad racionem sacrificii, et ideo ex hoc quod aliquis sumit corpus Christi vel eciam plures, non accrescit aliis aliquid nutrimentum, sic ergo hoc sacramentum sumentibus prodest per modum sacramenti et per modum sacrificii quia pro omnibus sumentibus offertur, sed aliis qui non sumunt prodest per [*K* pro] modum sacrificii”. Et sequitur secundum eundem quod “sicut[75] passio Christi prodest quidem omnibus ad remissionem culpe et adepcionem gracie et glorie sed effectum non habet nisi in illis qui passioni Christi coniunguntur per fidem et caritatem. Ita eciam hoc sacrificium quod est memoriale dominice [*K* dominici] passionis non habet effectum nisi in illis qui coniunguntur huic sacramento per fidem et caritatem [*K* karitatem]”. Hec ille. Et secundum Ciprianum in [*K om* in] Epistula Xiii[76] ad Tibaritanos [*K* Tybaritanos]: “Scire debetis et [*K om* et] pro certo credere ac tenere presure [*K* pressure][77] diem super caput [*K* capud] esse [*K* esse cepisse] et occasum seculi atque Antichristi tempora appropinquasse ut parati omnes ad prelium stemus nec quidquam nisi gloriam vite eterne [*K* eterne vite] et coronam confessionis dominice cogitemus nec putemus talia esse que veniunt qualia fuerunt illa |**K 202vb**| que transierunt; gravior nunc et ferocior pugna [*K* verocior (!) pungna] imminet ad quam fide incorrupta et virtute robusta parare se debeant milites Christi considerantes idcirco se cottidie calicem sanguinis Christi

---

[71] Albertus, *De Eucharistia* , 429; *Collecta, G* 218vb, in principio columnae. [in margine superiori: **instancia**]
[72] *Summa Theol*. q. 73,a.1 [recte q. 74, ar. 1, Ad secundum] ; *Collecta, G* 214rb.
[73] *Summa Theol.* q.76, a. 2; *Collecta, G* 214ra, *Apologia,* 102-103, *G* 170rb-va; *Pius Iesus*, 86, *Salvator noster*, 124
[74] *Summa Theol*. q. 79, a. 7; *Collecta, G* 214va.
[75] *Summa Theol*. q. 79, a. 7; *Collecta, G* 214vb.
[76] Ciprianus, *Epistola* 57 [XIII] ad Thibaritanos CSEL 3, 1-656-657; *Collecta, G* 227vb; *Apologia*, 127, *G* 176vb (Quinta conclusio); *Salvator noster*, 120-122.
[77] Cf. *Cor 1, 4*: “ipsi consolati sunt qui in omni pressura sunt”; *Lc 21,23*: “Vae autem pregnantibus et nutrienti bus in diebus illis! Erit enim pressura magna super terram…”; *Lc 21, 25*: “ Et erunt signa……in terra pressura gentium…”.

bibere ut possint [*K* eciam] ipsi propter Christum [*K* ipsi proprium] sanguinem fundere ; hoc est enim velle cum Christo inveniri[78] scilicet id [*K* invenire sed] quod Christus [*K* exemplificavit] et docuit et fecit imitari scundum Iohannem Appostolum dicentem (*I Io 2,6*)[79]: 'Qui dicit se in Christo manere |**D 27v**| debet quomodo ipse ambulavit et ipse ambulare'". Et idem Epistula XXXVII [*K* XXXIII] [80]ad Cecilium de lapsis inquit [*K* inquid]: " Dic vero: nunc non infirmis sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus sed viventibus comunicacio [*K* conmunicacio] a nobis danda est ut quos excitemus et hortamur ad premium [*K* excitamus et ortamur ad populum], non inermes et nudos relinquamus sed proteccione sanguinis Christi [*K* protecione Christi sangwinis] et corporis muniamur. Nam quomodo docemus ut [*K* dicemus aut] provocamus eos in confessione sanguinem suum fundere si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martirii poculum idoneos [*K* ydoneos] facimus si non eos prius ad bibendum in ecclesia Domini poculo iure conmunicacionis [*K* Domini poculum iure presentacionis] admittimus? Obesse autem mali bonis non debent sed magis mali a bonis adiuvari, nec ideo martirium facturis pax neganda est quia sunt quidam negaturi cum propter hoc danda sit pax [*K* pax danda est] |*K 203 ra*| [*K* danda sit] omnibus militaturis ne per ignoranciam nostram ille incipiat preteriri qui [*K* quam] habet in prelio coronari. Quid autem [*K* tamen] bonus miles qui omnia sua bona dereliquit et contemta [*K* contempta] domo et parentibus aut liberis sequi Dominum suum maluit, sine pace et sine conmunicacione decedit. Nonne nobis vel negligencia sanguinis [*K* segnis] vel duricia crudelis ascribetur in die iudicii quod pastores nobis creditas et comissas [*K* conmissas] oves nec curare in pace nec in acie voluerimus armare quia ydoneus esse non potest ad martirium qui ab ecclesia non armatur ad prelium » ; et secundum eundem in dicta Epistula 34 [*K* XXXIV] : « Sic incipit[81] et passionibus Christi fraternitas in persecuccionibus retardari dum in oblacionibus discit de sanguine eius et cruore confundi. Quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere qui sanguinem Christi erubescimus bibere? Quid tunc demun potest letificare in ecclesia bibentem turbam si quid bibiturus [*K* quod bibitur] dominicam teneat veritatem ? ». "Redeat [*D* Reddeat] igitur in cor nostrum non ambulasse nos in viis Domini et abiecisse legem Dei precepta eius et monita salutaria nunquam voluisse servare », secundum eundem in [*K om* in] Epistula iii De lapsis [82]. Nam in primitiva ecclesia sic dabatur fidelibus sub duplici specie,"in utraque enim specie comunicabantur [*K* conmunicabant] antiquitus fideles", ut |**K 203rb**| ut dicit Lira Proverbiorum IX super 1º [*K* super illo][83]: 'et bibite vinum quod miscui vobis'. Et sic Paulus tradidit omnibus

---

[78] melius *mori*; cf. " *Tm 3,12*: "Omnes ergo qui pie volunt vivere in Christo persecucionem paciuntur", *Puncta* 128; *De purgatorio* 90.

[79] Cf. *Sermo Nisi* , *G* 212rb ; *Querite,60*.

[80] Ciprianus, *Epistola* 57 [XXXVII] CSEL 3, 2-652, *Collecta G* 228rb [interpositis omissis]; Quando docemus…admittimus: *Apologia* 100, *G* 169va; *Salvator noster,* 122.

[81] Ciprianus Epistula 63 [34] CSEL 3, 15-710.714, *Collecta G* 228vb; *Apologia:* Quomodo possumus…bibere, 127, *G* 169vab; Qui tunc demum …veritatem, 171, *G* 229rb; *Salvator noster*, 122

[82] Ciprianus, *Liber De lapsis* [Epistola III], CSEL 3, 21-253; *Collecta,G* 228vb; Apologia, 171, Hardt 605 (ubi legitur: Redeat igitur); *Salvatornoster,* 122-124.

[83] Nicolaus de Lira, *Postilla ad Pro 9,5* "vinum quod miscui vobis", *Sermo Nisi G* 208vb; *Sermo Nisi G* 211rb: verba in Pro 9, 5 leguntur "in quodam Sermone Augustini qui incipit *Circulo consacrato*" qui in fontibus non invenitur sed citatur in: Matthias de Janov, *Regulae Veteris et Novi Testamenti,* V, 150 (t. IV, 5,7).

Corinthiis (*1 Cor 11,23*) 2um quod a Domino dicit se accepisse: qui docens in Synagoga [*K* Sinagoga] in Capharnaum dixit non tantum disicipulis sed turbis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis etc , ut supra. Sic legis de Sancto Donato quod[84] "cum quadam die missa celebrata populus conmunicaret et dyaconus conmunicatis Christi sanguinenm propinaret, subito paganorum inpulsu [*D* impulsit] dyaconus cecidit et calicem sanctum fregit ".

Et idem dicit Ciprianus [*K* dixit Cyprianus] Epistola III[85] de quadam puella infanti [*K* inflanti] propter timorem a parentibus relicta aput idolatras [*K* ydolatras] |D **28r**| qui ei "panem mero mixtum, ydolo oblata [*K* oblatum], tradiderunt"; quam recipiens postea mater secum detulit ad ecclesiam, ipso Cipriano [*K* Cypriano] presente et sacrificante ; [86]"solemnibus [*K* sollempnibus] vero adinpletis, dyaconus calicem ferre [*K* ferre calicem] cepit et accipientibus ceteris eius puelle locus advenit [*K* adveniunt]; faciem suam parvula instinctu divine maiestatis <avertere>, os labiis eius obdurantibus premere calicemque recusare. Perstitit tamen dyaconus et reluctandi [*K* reluctuanti] de sancto sacramento calicis infudit [*K* et fudit]; tunc sequitur singultus et vomitus [*K* fomitus]. In corpore atque ore violato eucaristia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus [*D* pollutis vestibus] erupit. [*omissis*] Et cum alius et ipse[87] maculatus sacrificio a sacerdote celebrato partem cum ceteris |**K 203va**| ausus est latenter [*K* letanter] accipere, sanctum Domini [*D* sanctum Deum] edere et contrectare [*K* contractare] non potuit et cinerem ferre se apertis manibus invenit". Unde Augustinus dicit [*K* dicit Augustinus] 23 q. 5 [*K* De] Occidendis (*Ca, 23, q. 5, c, 8*)[88]: "Absit ut ea que proper bonum ac licitum facimus aut habemus , si quid per hec preter nostram voluntatem cuiquam mali accideret, nobis imputetur, alioquin nec ferramenta domestica et [*K* aut] agrestia sunt habenda, ne quis ex eis vel se vel alterum interimat: nec arbores plantande ne quis ex eis se inde suspendat: nec fenestra facienda, ne per hanc se quisquam precipitet [*K* precipitat], aut ideo non deberent cristianorum boves habere cornuta èD cornua] aut equus ungulas aut dentes canes aut quequam [*K* et quidquam] plura conmemorarem [*K* conmemorem] quid est in usu hominum ; unde non possit pernicies irrogari ». Hec ille. Et sic non obstat quod allegatur ab aliquibus in contrarium periculum effusionis, unde dicit Iohannes Andree cum Hostiensi Extra. Qui fi[lii] sint le[gitimi]. Per venerabilem super, & Paulus[89]: "Non recurrinus ad fabulas, [*K* id est] exempla vel mendicata suffragia nec ad [ius] positum quod ponitur et deponitur, in quo est sepe pro racione volutas; sed ad ius divinum et inpermutabile". Ad quod dicit

---

[84] Cf. *Sermo Nisi* cum adnot. *G* 209rb, in principio; *Contra Gallum,* 186; *Pius Jesus,* 84 (citatio amplior); Andreas de Brod, *Quaestio utrum licitum sit seu an debeat Christi populus laicalis sub utraque specie sacramentali communicare…,* Kadlec, *Studien und Texte,* 162; Andreas de Brod, *Tractatus de sumptione,* Kadlec, *Studien und Texte,* 194-195.

[85] Ciprianus, *Liber de Lapsis,* [Epistola III] CSEL 3, 14-255; *Collecta* , G 229ra (in Sermone narratio est valde decurtata usque ad non sensum quod fit etiam in Jacobells, *Pius Jesus,*85, ubicitatur sola prima pars. Puella infans…calicis infudit").

[86] "Solemnibus…infudit", Jacobellus, *De communione parvulorum, Betlemské Texty,* 144.

[87] Et cum alius et ipse: ed. Et quidem alius quia et ipse ; lectio Sermonis eadem est ac in *Collectis.*

[88] *Sermo Nisi . G* 210vb: in ed. Frieberg I. 932, legis textum emendatum a Correctoribus Romanis cui non respondet textus quo usus est Nicolaus in suis Sermonibus; *De conclusionibus (Apologia,),* Hardt 601.

[89] Io. An. *Novella* ad & Novo Testamento (**non**: Paulus), in X 4, 17, 13; Fr. II. 714-715 ; in errorem Nicolaus semper incurrit qui ponit & Paulus cum recte ponendus sit & Novo Testamento; *Sermo Nisi*f. G 213va;, *Apologia,* 99, G 169rb, *Replica* 22v, *Pius Iesus* 85.

Crisostomus [*K* Ideo Crisostomus dicit] super Mattheum[90]: “Omnis doctor servus est legis quia neque supra legem addere potest aliquid de suo sensu neque subtrahere [*K* addere potest neque deponere] aliquid secundum proprium intellectum: se de hoc tantummodo predicat quod habetur in lege Dei [*K om* Dei], nec enim potest mens |**K 203vb**| humana detrahere quod sapiencia dictat. Sic enim ait Salomon (*Pro 30,6*)’ne addas ad verba Dei’ neque detrahas inde, qui autem hoc est ausus [*K* ausus est] facere, se sapienciorem putat esse quam Deum et incipit falsus esse testis”. Unde dicit Ciprianus in Epistula 34[91] quod “Christus solus debeat [*K* debeat solus] audiri; Pater eciam de celo contestatur dicens (*cf. Mt 3,17; Lc 9,35; Mc 9,6*) : Hic est Filus meus dilectissimus in quo bene sensi [K consensi], ipsum audite ». Quare (*Di. 8 c. 9*)[92] ‘si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid alius ante nos servandum [*K* faciendum] putaverit, sed quid qui ante omnes est Christus, exemplar [*K* prior][93] fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet sed Dei veritatem” etc. Unde Augustinus (Di. 8, c. 6; Fr. 1, 14-15) VIII di. Qui contemta [*K* contempta].[94] dicit: “Qui contemta [*K* contempta] veritate [*K* veritati] presumit consuetudinem sequi aut circa fratres invidus [K infidus] est et malignus quibus veritas revelatur aut circa Deum ingratus est inspiracione cuius ecclesia eius instruitur. Similiter [*K* Nam] Dominus in ewangelio: (*Io 14,6*) Ego sum, inquit, veritas; non dixit, ego sum conswetudo”, |**D 28v**| itaque veritate manifestata, cedat conswetudo veritati quia et Petrus qui circumcidebat cessit [*K* cessat] Paulo veritatem predicanti. Igitur cum Christus veritas sit, magis veritatem quam conswetudinem sequi debemus quia conswetudinem racio et veritas semper excludit”. Hec ille. Ideo Albertus[95] inquit ubi supra [*K* ubi supra inquid]: “quia ex omnibus ewangelistis |*K 204ra*| accipitur quod Christus sub una specie panis corpus suum tradidit et sub altera specie vini tradidit sanguinem et sic servandum instituit, et cum *Christi actio [*K *accio] nostra sit instructio [*K *instruccio]*[96] pro certo hec duo nobis servanda [*K* observanda] esse precepit”. Concordat Bernardus in Sermone [*K* sua] ad Petrum de corpore Christi <et> dicit quod[97] “Christus discipulis suis huius sacramenti formam scripsit, efficaciam explicavit, idem fieri precepit”. Et ideo[98] “sub una specie corpus et sub altera tradimus sanguinem huius autem sacramenti Christi et ecclesie;

[90] Pseudo Crisostomus, *Opus imperfectum* in Matthaeum: cf. *Sermo Nisi G* 206ra; R. Cegna, *Il Tractatus De iuramento di Nicola della Rosa Nera*, “Aevum” 82 (2008), 458.
[91] Ciprianus *Epistola 34, Collecta* G 227ra
[92] Cf. *Sermo Nisi G* 208va: “Consuetudo sine veritate vetustats erroris est”, Ciprianus , Decretum Di. 8 c. 8; Fr. I, 15); de consuetudine maxime Nicolaus scribit in *Sermo Nisi manducaveritis G* 208rb-va; in *Apologia*, 101, *G* 170vb-171ra ;
[93] In *Decreto* non legis “exemplar” sed “prior”, ut in Epistola.
[94] Cf. Di. 8 c. 6, omissis nonnullis verbis; *Sermo Nisi*, *G* 208va ; *Apologi*a, ms. IV G 15 f. 178vb
[95] Albertus , *De Eucharistia,* 298; *Collecta G* 219vb; Iacobellus, *Magna cena*, 135
[96] Albertus Magnus, *De Eucharistia,* 3, 2, 5, 298 (cf etiam 295, 386, 424, 425); Versum « Christi actio nostra est instructio » Nicolaus saepe laudat ostenditque sumptum praecipue a Glossis ad Decrteum ; Iacobellus quoque saepe sumit dictum versum a *Libro de Eucharistia* Alberti Magni ita ut posterius fecit Nicolaus Biskupec in *Confessione Taboritarum*; *Collecta, G* 219vb; 222ra: veruus tamen considerandus est *locus communis* .in operibus theologiae Medii Aevi saeculorum XIII-XV, paesertim *Devotionis modernae* afflatu.

[97] Cf. Bernardus, *Sermo ad Petrum*, recte: Pseudo-Bernardus, *Sermo de excellentia ss. Sacramenti et dignitate sacerdotum*, PL 184, 983-984; *Collecta G* 226rb; vide in adnot ad *Collecta*, Loci
[98] Albertus, *De Eucharistia*, 298-299; *Collecta, G* 219vb-220ra: Et ideo sub una specie… divisam operacionem ad satisfaccionem sitiset lacione nutrimenti”

hec est causa quia quamvis effectus et operaciones accidentales multa valde sunt in sacramentis, tamen unus effectus est substancialis in omnibus sacramentis per quem sacramenta ab invicem distinguuntur [*K* distingwntur]. In sacramento ergo cibi spiritualis debet attendi aliqua operacio substancialis per quam ab aliis dividitur sacramentis [*K* sacramentum] et tunc in baptismo debet [*K* detur] esse substanciale spirituale per generacionem spiritualem, sicut dicit Dionisius [*K* Dyonisius] et [K om et] in sacramento confirmacionis detur incrementum per confirmacionem et confortacionem virtutis, ita consequenter ad idem esse servandum et restaurandum et augendum datur in eucaristia edulium spirituale; edulium autem spirituale non habet fieri nisi sub elemento visibili sicut et cetera sacramenta quia sacramentum ecclesie nichil in gracia |**K 204rb**| cause [*K* gracia esse] quod ex similitudine non significat, significare autem non habet nisi ex elemento visibili [*K* et corporali]. Cum ergo elementum [*K* alimentum] ad nature perfeccionem non possit perfecte significari nisi in edulio cibi et potus oportet quod elementum [*K* alimentum] cibi et potus sit in sacramento. Nutrimentum enim spirituale non perficitur sine potus significacione sicut et nutrimentum corporale non perficitur sine potu. Et sicut post nutrimentum corporale sumitur potus ad perfeccionem nutrimenti ita in nutrimento spirituali datus est potus spiritualis ad perfeccionem nutrimenti spiritualis qui a nutrimento habet divisam operacionem ad satisfaccionem [*K* in satisfaccione] sitis et lacione nutrimenti". Hec et alia pulchra de ista materia per eundem. Guilelmus de Monte Lauduno in Sacramentali suo dicit[99]: "Quod recipiendum corpus totam veritatem accipit, non totum sacramentum, ideo in multis locis conmunicatur sub pane et vino, id est cum toto sacramento." Gregorius[100], et ponitur (De con. Di.2 c. 73) De conse. Di II Quid sit [*K* Quis]: "Eius [*K om* Eius] quippe corpus sumitur, eius caro in salutem partitur populi, eius sanguis non iam in manus infidelium sed in ora fidelium funditur". Idem in Omelia pascali[101] et concordat De con. di II in dicto c. Quid sit[102]: Pensandum nobis est quid de Pasca lex |**K 204va**| loquitur ut indagemus subtilius an de Christo dicta videantur. Moyses quippe ait (*Ex 12,7* ) : "Sument quoque de sanguine agni ac ponent super utrumque postem et sub liminaribus domorum |**f. 29r**| in quibus comedent illum; quis non iam [*K* quisnam] sit sangus [*K* sangwine] agni, iam non [*K* non iam] audiendo sed bibendo didicistis; qui sanguis super utrumque postem accipitur quando non solum ore corporis sed eciam cordis hauritur . In utroque enim poste agni sanguis ponitur quando sacramentum passionis illius cum ore ad redempcionem sumitur, ad imitacionem quoque cum intenta mente cogitatur, nam qui sic sanguinem redemptoris nostri accipit ut imitari [*K* ymitari] passionem illius necdum vellit [*K* velid] in uno poste sanguinem posuit ». Augustinus (De con. Di. 2, c. 37) De con. Di. II[103] : "Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur , quid aliud quam dominici corporis in cruce ymmolacio eiusque sanguinis de latere

---

[99] Guilelmus de Monte Lauduno, *Sacramentale,* ms. N XI f. 80vb, cf. *Sermo Nisi G* 201vb cum adnot.; *Salvator Noster,,* 126; *Pius Jesus,* 82; ms. V B 17 f. 259c; *Premissa positione* Hardt III 478; Jan Rokycana, *Postilla*, ed. Šimek II, 943

[100]*Sermo Nisi,* G 203va: (*De con. D. 2 c. 73 &1*); *Salvator Noster*126.

[101] Gregorius Magnus, XL *homiliarium in evangelia libri duo* , l. II Homilia 32, PL 76, 1177-1178.

[102]*Sermo Nisi* G 203va (*De con. D. 2 c. 73*): legitur in *Sermone Nisi* in eodem locorum ordine ut supra; *Salvator Noster* 126 ( "Quis namquesit …didicistis").

[103] *Sermo Nisi G* 203vb; *De con. D. 2 c. 37*; *Pius Iesus* 85, *Salvator Noster* 124; *Premissa positione,* Hardt, 496, *Auctoritates.* 806.

effusio designatur ? ». Ambrosius (De con. Di. 2, c. 14) De con. Di. II [104]"Si, quociescumque effunditur sanguis Christi, in remissionem [*K* redempcionem] peccatorum effunditur; debeo merito semper accipere, qui semper pecco, medicinam sanguinis". "Testamentum[105] ergo sanguine constitutum est quia beneficii divini sanguis testis est unde ad tuicionem corporis et anime percipimus |*K 204vb*| quod [K quia] caro Christi pro salute corporis , sanguis vero pro anima nostra sumitur et effusus est". Hec ille, [*K om* Hec ille] etc. [*K* etc.].
[K Explicit Tractatus de sanguine].
Vide[106] in Missalibus Antiquis[107] postquam conmunicat sacerdos pro se ante orationem *Placeat tibi Sancta Trinitas*, etc., adhuc invenitur forma comunicandi alios sub utraque specie sic in forma:[108] "Com.municando alios dicat Corpus Domini nostri Ihesu Christi proficiat tibi in vitam eternam; et dando calicem dicat: Sanguis Domini nostri Ihesu Christi proficiat tibi in remissionem peccatorum tuorum et ad vitam eternam". Nota quod baptismus fuit institutus cum dixit Nicodemo (*Io 3,5*): Nisi quis renatus fuerit, quo ad materiam et sic datum fuit exemplum baptisandi , tamen non habuit adhuc [*ms.* adhuc sive adhuc] effectum sed post mortem eius cepit habere plenum effectum quia adhuc non erat ianua celi aperta sed post mortem aperta fuit et tunc instituta fuit forma cum dixit (*cf. Mt 29,19*): Ite baptisate omnes gentes in nomine Patri et Filii et Spiritus Sancti ». De hoc De con. Di. IIII (De Baptismi sacramento) Ex quo in gloria. Sic simili modo[109] patet de sacramento eucaristie cum dixit Iohannes VI° (*Io 6,54*) "Nisi manducaveritis car<nem> fi<lii> ho<minis> et biberitis eius sanguinem non habe<bitis> v<itam> in vobis", etc. Et postea in cena formam espressit et modum et

---

[104] *Sermo Nisi G* 204rab, 213ra; *Contra Gallum* 183; *Salvator Noster* 124; *Replica*, f. 24v (in adn.: loci eiusdem cit. in : Matthias de Janov, Jacobellus ( *Pius Jesus, Praemissa positionem,Quia heu in etmplis, Magna cena*); *De con. Di. 2, c. 14*.

[105] *Ambrosiastri qui dicitur Commentarius in Epistulas Paulinas* , Vol.2 In Epistulam ad Corinthios . rec. Henricus Iosephus Vogels, CSEL 81/2, Vienna 1968: In Cor. I, 11,26 [adn. ex ed. Petra Mutlová].

[106] Quod sequitur legis tantum in Codice D.

[107] *Pius Jesus*, 84 : memoratur forma communicnadi ex missalibus antiquis et elgitur : proficiat ( in *Pius Jesus* : prosit). ; *Salvator Noster,* 126; in diversa positione sententia quas hic leis usque ad finem ponuntur post finem Collectorum in ms. 2148, f. 206rv id est:" Guilelmus…operetur redempcionis"; Nota quod baptismus fuit insitutus…modum expressitet per se practicavit et sic practicam instituit"; [Non obstat quod dicitur tamen quodChristus dixit illa verba…Et quod illa praxis sub utraque specie sic tenta sive servata tempore preterito patet]in antiquis missalibus ubi in Canone…peccatorum tuorum et ad vitam eternam. Amen". *Sermo in Žatec* concluditur: "Innocencius papa tercius…sub specie vini comeditur"

[108] *Salvator Noster*, 126 : "Communicnas alios dicat: Percepcio…prosit…in vitam eternam".

[109] Nicolaus in *Apologia* 148, *G* 182vb-183ra proponit tehologiam necessitatis expressam per vocem **Nisi:** *Nisi quis renatus fuerit aqua et Spiritu Sancto potest intrare in Regnum Dei* (necessitas Baptismi ad salutem spiritualem); *Nisi manducaveritis* (necessitas communionis sub utraque); *Nisi iustitia vestra abundaverit plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum caelorum* (necessitas observantiae sex mandatorum minimorum de quibus Mt. 5,21-48): eadem theologia invenitur in postremo opere Nicolai, *De iuramento* (ms. C 116: cf. ed. R. Cegna , "Aevum" nr. 2 2008, Introduzione); supra memorantur tantum *Nisi renatus* et *Nisi manducaveritis*, quod nos deprehendit, si *Sermo Nisi manducaveritis* in Zatec factus fuit post *De conclusionibus (Apologia*) et post *De iuramento* ms. C 116; Nicolaus supra ponit quod iam propositum fuit in *Sermo Nisi manducaveritis*, *G* 213ra, (tantum Io 3, 3 *Nisi renatus* et Io 5,54 *Nisi manducaveritis*; omittitur Mt 5, 20 *Nisi iustitia vestra*)

practicavit, etc. Et dicit Gwilelmus de Monte Lauduno in Sacramentali[110] suo quod Christus quando in cena sacramentum corporis et sanguinis ministravit discipulis suis <et> Appostolis, officium dyaconi exercuit et Appostoli primo fuerunt layci in laycali persona accipiendo, deinde appostolos ordinavit in sacerdotes cum dixit eis : hoc facite in meam com.memoracionem, quod sic intelligitur : hoc scilicet corpus meum |**29v**| facite id est conficite in meam conmmemoracionem tamquam presbiteri, De con. Di. II Scriptura (Ciprianus De con. Di. 2 c. 3), et in c. In Christo semel ( Ambrosius De con. Di 2 c. 53) in fine ; in ultimo g<lossa> : idem [Guilelmus] ibidem dicit[111] : « quando Christus [Apostolis] dixit ‘ Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, etc. ‘ : qui fuerunt scandalizati, credentes quod vellet dare carnem suam propriam sicut venditur in macello et quod ex hoc recesserunt ab eo ; dixit tunc Appostolis remedium (*Io 6,64*) : ‘Verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt ‘; quod audientes aliqui heretici ex hoc volebant probare quod non erat vera caro sed tantum sub figura et spiritualiter intellecta; sed male [*ms.* mallem], quia per illud verbum *spiritus et vita* non negatur quin realiter sit ibi [*ms.* cibi] vera caro, non ut cibus corporis et ventris sed ut cibus anime et mentis”. Sic non obstat cum “dicis (Ambrosisu De con. Di, 2 c.55) speciem sanguinis non video, sed eius habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumsisti”, scilicet in baptismo, “ita similitudinem sanguinis Christi bibis ut nullius horror cruoris (cf. De con Di 2 c.43) sit et tamen precium operetur redempcionis” . Hec ille. Item Innocencius papa tercius[112] : « Nec sanguis Christi sub specie panis nec corpus sub specie vini bibitur qui comeditur. Sic nec nec corpus Christi bibitur nec sanguis Christi comeditur , sic nec corpus Christi bibitur nec sanguis Christi comeditur ; ita neutrum sub specie panis bibitur aut sub specie vini comeditur ».

---

110 Guilelmus de Monte Lauduno, *Sacramentale,* ms. N XI f. 74r; *Sermo Nisi* G 209rb, *Puncta* 136.

111 Plenam explanationem huius punti legis in *Apologia*, 143-144, *G* 181rb-va per Augustinum, Guilelmum, Glossas ad. De con. Di. 2 c. 44 Prima *ad voces* spiritus, iustificat, corpus, et per Ambrosium. Cf: “Augustinus in expositione Ps. 54 inquit: heresis in discipulis Christi…dicentes quia durus est hic sermo separaverunt se ab illo…”; “’Ex quo fuerunt scandalizati…recesssrunt ab eo’ ; sic glossa De cons. 2 Prima » ; « Imo secundum Guilelmum aliqui heretici ex his verbis ‘Spiritus et vita sunt’, volebant probare…sed ut cibus anime et mentis”; “Ambrosius in libro 4 De sacramentis, cap. 4, Liber de Officiis, cf. De con. Di. 43: veluti quidam esser horror cruoris”; “Augustinus, De con. Di. 2 c. 44 :in cadavere venditur aut in macello dilaniatur ( Corr. Rom...: Beatus Augustinus et Lanfrancus hoc loco sic habent: quomodo in cadavere dilaniatur aut in macello venditur: non quomodo spiritu vegetatur)”.

112 Innocentius III, *Legis et Sacramenti Eucharistiae libri*, cap. 14, PL 217, 866.; *Salvator noster,* 120